καὶ Ἰησοῦς καὶ Μεχμέτης καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Παιαζήτεω παί-
D δων κατελείφθησαν, καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Εὐρώπῃ οἱ δὲ ἐν τῇ
Ἀσίᾳ ὄντες διεσώζοντο, ὅποι ἑκάστῳ προυχώρει.

Τῷ μέντοι Παιαζήτῃ, ὡς ἤχθη ἐναντίον βασιλέως, λέγεται εἰπεῖν αὐτῷ τοιάδε. "ὦ κακόδαιμον, τί δὲ οὕτω πάνυ τὸν σαυτοῦ δαίμονα ἐβιάσω, προκαλούμενος ἡμᾶς ἐπὶ μάχην; ἢ οὐκ ἐπύθου ὡς τῷ ἐμῷ τῷδε στρατεύματι δυστήνων παῖδες ἀντέστησαν;" Παιαζήτης δὲ ὑπολαβὼν ἀμείβετο, ᾗ δὴ λέγεται, ὡς οὐκ ἂν δὴ ἐς τοῦτο τύχης ἀφικοίμην, ἂν μὴ αὐτῷ παρείχετο πράγματα ἐκεῖνος, τά τε ἄλλα καὶ ἀπὸ ἐθνῶν τῷ Μεχμέτῃ τῷ ἥρωι πολεμίων θαμὰ ἀνακαλούμενος. "ἀλλ'

11. ἑλόντες? 13. κατειλήφθησαν P 17. ἐβιάζω P 22. πολεμίῳ P

nihil de cursus pernicitate remisit, adeo ut milites Temiris Paiazite potirentur, captumque ad suum regem traherent.

In hoc praelio captus est Moses; capti sunt reliqui pene omnes Paiazitis duces. nec tamen quicquam periculi passi sunt, nisi quod vestibus sunt spoliati. etenim Moses videbatur reliquis praestantior robore: proinde eum circumductum secum in castris habuit, victum ministrans. Paiazitis uxor in hostium manus venit Prusae: nam incursionem etiam in Prusam fecerunt, et gynaeceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazitis uxorem, rapientes abduxerunt ad regem. Mulsumanes, Iesus, Mechmetes et reliqui Paiazitis filii in hostium potestatem venere. qui in Europa et Asia erant, ut poterant salvabantur.

Paiazitem, cum adductus esset in conspectum regis, sic Temires allocutus est. "o infelix, quid adeo malum tuum coegisti genium, ut nos bello lacesseres? an non audivisti quod meo exercitui miserorum filii resistunt?" Paiazites respondens inquit "nequaquam ad tantam infelicitatem venissem, ni tu mihi negotia fecisses, caetera quoque provocatus a gentibus heroi nostro infestis." "verum" ait

ἢν μὴ ἐτετύφωσο" ἔφη Τεμήρης, "οὕτω μέγα πάνυ φρονῶν, οὐκ ἂν δὴ ἐς τοῦτο συμφορᾶς, οἶμαι, ἀφίκου· οὕτω γὰρ P. 84 εἴωθε τὸ θεῖον τὰ πάνυ μέγα φρονοῦντα καὶ πεφυσημένα μειοῦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ σμικρύνειν." ἐνταῦθα δὴ ἐπιμέμψασθαι αὐτῷ λέγεται βασιλέα Τεμήρη τὴν ἐπὶ τοὺς κύνας τε καὶ ἱέρακας φιλοτιμίαν, ὡς ἀνδρὶ κυνηγῷ ἐῴκει τὴν τέχνην, καὶ οὐκ ἄρχοντι ἄγοντι ἐς πολέμους· λέγεται γὰρ Παιαζήτης ἐς τοὺς ἑπτακισχιλίους κτήσασθαι ἱερακοφόρους καὶ κύνας ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους. ἐνταῦθα τόντε Παιαζήτην φάναι ὑπολαβόντα "ἀλλὰ σοὶ μὲν τῷ Σκύθῃ, λῃστῇ ἔτι ὄντι καὶ ταύτην ἐπιτηδεύοντι τὴν τέχνην, οὐ πάνυ τι ἂν προσήκοι ἄγρας οὐδὲ κυνηγεσίων· ἐμοὶ δὲ ἐς τοῦτό τε γεννηθέντι καὶ τεθραμμένῳ, τῷ Ἀμουράτεω τοῦ Ὀρχάνεω, βασιλέων παιδί, B μετῆν καὶ κυνῶν καὶ ἱεράκων φιλοτιμίας." ἐνταῦθα δὴ ἀχθεσθέντα τὸν βασιλέα περιαχθῆναι ἐς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευσεν ἐπὶ ἡμιόνου, καὶ συριττόμενον ὑπὸ τοῦ στρατοπέδου περιαγαγεῖν. ὡς δὲ περιαχθέντα ἤγαγον, ἔρεσθαι αὐτὸν λέγεται εἰ τοῦ γένους ἐκεῖνα τυγχάνει ἐπιτηδεύματα, ὡς τὰ τῶν ἱεράκων τε καὶ κυνῶν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο, καὶ ἄρας σὺν τῷ στρατεύματι ἤλαυνεν ἐπὶ Ἰωνίαν καὶ τὴν ταύτῃ πάραλον χώραν, ἐν νῷ ἔχων αὐτοῦ τε διαχειμάσαι καὶ ἦρος ἐπιφαινομένου ἐς τὴν Εὐρώπην διαβῆναι. ἐπενόει γάρ, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς πᾶ- C

Temires "si non adeo sublati tibi essent animi, nunquam ad istam praecipitatus esses miseriam. sic namque solet numen plerumque fastuosos deprimere et ad humilem fortunam deiicere." deinde misit Temires Paiaziti accipitres et canes et reliquum huiusmodi apparatum, ut qui venatori potius quam imperatori in hostes ducenti comparandus esset. aiunt Paiazitem habuisse septem milia virorum qui accipitres curarent; praeterea aluisse canes sexies mille. respondens itaque Temiri Paiazites inquit "verum, o Temires, qui es Scytha et latro, latrocinandique artem usque exerces, satis scio parum tibi convenire cum canum accipitrumque studio. mihi vero, qui sum natus et educatus ab Amurate Orchanis filio, qui ambo reges extitere, congruit canum et accipitrum studium." rex Temires hoc responso graviter offensus impositum mulo per castra agi iubet, propinans eum militibus deridendum. ut autem iam omnibus satis ridiculo fuit, reductum ad se interrogavit, an etiam ista studia sui generis sint, quemadmodum accipitrum et canum. deinde Paiazitem in vincula coniecit. motis postea castris iter in Ioniam et finitimam eius regionem intendit, in animo habens ibi hibernare. vere appe-

σάν τε ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι, ἐς ὃ δὴ ἐπὶ τὰς Ἡρακλείους ἀφίκηται στήλας, ἐντεῦθεν δὲ αὖθις ἐς Λιβύην διαβῆναι, καὶ διὰ τῆς Λιβύης ἐπανιέναι ἐς τὴν ἑαυτοῦ χώραν, ξύμπασαν ὑπαγόμενος τὴν ταύτῃ ἤπειρον τῆς οἰκουμένης. ἐπρεσβεύετο μὲν οὖν καὶ πρὸς τὸν Βυζαντίου βασιλέα, τήν τε διάβασιν αἰτούμενος αὐτὸν πλοῖά τε καὶ τριήρεις.

Λέγεται δὲ καὶ τόδε βασιλεὺς Τεμήρης ἐς Παιαζήτη. ὡς γὰρ ἀπήχθη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, Ἐλεαζάρου θυγάτηρ, ἧς δὴ μάλιστα τῶν ἄλλων ἐραστὴς ἐτύγχανε Παιαζήτης καὶ περιῆγε μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπιστῆσαί οἱ ἐναντίον
D τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οἰνοχοῆσαί οἱ. τὸν δὲ εὖ μάλα ἀχθεσθέντα εἰπεῖν λέγεται "ἀλλ' οὔτ' ἂν συμφώνως τῷ σῷ πατρὶ καὶ μητρὶ ἐργάζοιο· ἰδιωτῶν γὰρ τούτων καὶ πενήτων γενόμενος δίκαιος ἂν εἴης ὥστ' ἂν ἐπικερτομῆσαι βασιλέων παισί τε καὶ γυναιξί, καὶ ἐξυβρίζεις ἐς τοὺς σοὺς τῇ φύσει δεσπότας." τούτῳ μὲν τοιαῦτα λέγοντι γέλωτά τε ἐποίει τοὺς λόγους, καὶ ἐπιχλευάζων ἐπέσκωπτεν οἷα οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε φρονοῦντι οὔτε λέγοντι.

Οἱ μέντοι Παιαζήτεω ἄρχοντες, ἐς λόγους ἀφικόμενοι
V. 67 τοῖς Τεμήρεω ὀρυκταῖς, ᾗ φασίν, ὑπέσχοντο ἀργύριον τελέ-
P. 85 σαι πάμπολυ, εἰ ὑφέλοιντο Παιαζήτη ὑπορύξαντες. ἔνθα δὴ

tente in Europam profectionem parabat, quemadmodum supra docui, ut in eam transvectus universam in dicionem acciperet, usque ad Herculis columnas progrediens. inde in Libyam iter avertere et ex Libya in suam regionem redire in animum inducebat, universa ista orbis continente imperio suo iuncta. misit legatos ad Byzantii regem petens liberum transitum et naves triremesque, quibus copias suas transmittere posset.

Etiam istam iniuriam Temires Paiaziti fecit. ut enim Eleazari filia, Paiazitis uxor, quam prae caeteris ardentissimo amore complectebatur et secum in castris semper habebat, captiva abducta est ad Temirem, iussa est in conspectu mariti sui vinum infundere. hinc Paiazites ira accensus in haec verba prorupit "neque paterno neque materno tuo genere digna facis. cum enim natus sis ex parentibus idiotis et ingloriis pauperibusque, haud tibi decorum est adeo turpiter insultare regum liberis et uxoribus. hoc modo etiam eos qui tibi natura sunt domini, probris oneras." haec dicens ingentem risum movebat Temiri, qui hominem pro ludibrio habebat, ut qui nihil sani nec diceret nec saperet.

Paiazitis duces cum in colloquium venissent Temiris fossoribus, eos promissis accendebant, daturi immensam argenti vim, si cuniculo acto in eam castrorum partem, ubi vinctus asservabatur Paiazites,

ὀρύγματα ποιησάμενοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ εἰς τὴν σκηνὴν ἐν ᾗ ἐσκήνου Παϊαζήτης ἐν φυλακῇ ὢν ἐξιόντες, ὤφθησαν ὑπὸ τῶν ταύτῃ φυλάκων καὶ ἑάλωσαν· οὐ γὰρ ἐντὸς ἐγένοντο τῆς σκηνῆς, ἀλλ' ἐκτός, ᾗ ἐφύλασσον πέριξ γενόμενοι ἄνδρες ὑπὸ Τεμήρεω ταχθέντες. ταύτῃ ὡς ἐξῄεσαν καὶ ἑάλωσαν, ἀπετάμοντο τὰς κεφαλὰς ὑπὸ βασιλέως.

Ἐπὶ Σμύρνης μὲν οὖν ἀφικόμενος τήν τε Σμύρνην εἷλε τροχίσκοις, καὶ τὴν ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἄκραν ὑπὸ Ῥωμαίων ταύτῃ κατεχομένην ὑπορύξας κατέλαβέ τε, καὶ ταύτην ἑλὼν πολίσματά τε ἄλλα τῆς χώρας ταύτης ἐπελαύνων ᾕρει, ὡς οἱ B προυχώρει προσβάλλοντι ἐφ' ἕκαστον. τριχῇ γάρ, λέγεται, διῄρει τὰς πόλεις Τεμήρης, τοῖς τε τροχοῖς. κύκλοι δὲ ὄντες οὗτοι καὶ κλίμακας ἔχοντες ἐντὸς ὥστε ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἐς τὴν τάφρον ἄγοντες ἐπετίθεσαν ἄνδρες διακόσιοι ἕκαστον τεταγμένοι, διὰ τοῦ τροχοῦ εἰσιὼν ἕκαστος, ἔστε πέραν τε ἐγίγνετο τῆς τάφρου, στεγαζόμενοι ὑπὸ τοῦ τροχοῦ. ὡς δὲ πέραν γίγνοιντο, ἀνέβαινον τὰς κλίμακας, καὶ οὕτω ᾕρουν τὴν πόλιν. μετὰ δὲ πολλοὶ ὄντες αὐτῷ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἔχουν τὴν πόλιν, ὥστε ἐπὶ τὸ τεῖχος τὰ χώματα ἀναβαίνειν, καὶ ἄνω διὰ τῶν χωμάτων ἡλίσκετο αὐτῷ τὸ τεῖχος. C εἶχε δὲ καὶ ὀρυκτὰς ἐς μυρίους, καὶ ὀρύσσοντες τὰ τείχη

11. προσβάλλονται P: corr Hamakerus. post ἕκαστον cum Hamakero omisi, quae huc ex p. 162, 4 irrepserant, ὡς δὲ ἔαρ ἦν τε καὶ ὑπέφαινε. 12. διῄρει] ᾕρει? 15. ἐς τὸ P

emersissent eumque inde eripuissent. fodientes itaque versus castra et tentorium, ubi in vinculis erat Paiazites, tandemque prorepentes visi sunt custodibus et capti. non enim intra tentorium ubi Paiazites erat, sed extra ex cuniculo prodierunt, ubi viri erant quibus Paiazitis custodia a Temire erat mandata. ea igitur parte ex cuniculo fossores egressos et captos rex iussit obtruncari.

Veniens autem Smyrnam eam urbem rotis cepit. praeterea arcem in littore sitam, in qua erat Romanorum praesidium, suffodiens penitus subvertit. hanc ubi occupavit, etiam a reliquis ius belli non abstinuit, verum accedens oppida, qua sibi videbatur aptissimum, aggrediebatur. ut autem ver iam appetierat, rotis urbes capiebat Temires. hae erant circuli, et intra scalas habebant quibus ascendebatur in muros. et quando in fossam dirigebantur, recipiebant viros ducentos separatim positos, donec singuli rotas intrarent. postea veniebant in alteram quae ex adverso erat fossae partem, satis muniti et tecti a rotis. quo cum venissent, scalas conscendebant, et eo modo capiebant urbes. deinde reliqui, qui erant in castris, urbem vallo cingebant, aggeresque fundebant, qui facile murum superarent; ex quibus deinde muro facile potiebatur. praeterea fossores habuit Te-

ἐπὶ μετεώρων ξύλων καθειστήκεσαν. μετὰ δὲ ταῦτα πῦρ
ἐνιεὶς τὰ ξύλα, καὶ ὡς ἐκαίετο τὰ ξύλα, τὰ τείχη εὐπετῶς
ἔπιπτον, καὶ ταύτῃ ἐσέπιπτον ἐς τὴν πόλιν.

Οὕτω μὲν οὖν ᾕρει Τεμήρης τὰς πόλεις· ὡς δὲ ἤδη
ἔαρ ὑπέφαινεν, ἀφίκετο παρ' αὐτὸν ἀγγελία ὡς τοῦ Ἰνδῶν
βασιλέως πρεσβεία ἀφικομένη ἐπὶ Χερίην μεγάλῃ χειρὶ δεινά
τε τὴν πόλιν ἐργάσαιτο, καὶ ἐπὶ τοὺς θησαυροὺς παριὼν τοῦ
βασιλέως τόν τε φόρον λαβὼν οἴχοιτο, καὶ ἀπειλοίη ὡς οὐκ-
D ἔτι ἐμμένοι ταῖς σπονδαῖς ὁ Ἰνδῶν βασιλεύς. ταῦτα μὲν ὡς
ἐπύθετο, περιδεὴς γενόμενος, μὴ ἐπειδὴ ἀφίκοιτο ἡ πρεσβεία
παρὰ βασιλέα τῶν Ἰνδῶν, ἐπιὼν καταστρέφοιτο τὴν ἑαυτοῦ
χώραν, σχόντος αὐτοῦ ἀμφὶ τοὺς ἐπήλυδας πολέμους. καὶ
ἅμα ἐσῄει αὐτὸν καὶ τὰ ἀνθρώπεια ἐν οὐδενὶ ἑστηκότα ἀσφα-
λεῖ, καὶ δεινὰ ποιησάμενος τοὺς Ἰνδοὺς πρέσβεις ἐξυβρίσαι ἐς
αὐτὸν οὕτως ἀναίδην, ἤλαυνεν ὡς εἶχε τάχιστα ἐπὶ Χερίης,
τόν τε Παιαζήτην ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ.
καὶ οὐδένα λόγον ἐποιεῖτο αὐτοῦ Τεμήρης, ἀπέδρα ἐπὶ τὴν
πατρῴαν χώραν. Παιαζήτην δὲ ὑπὸ λύπης νοσήσαντα τε-
P. 86 λευτῆσαι τὸν βίον ἔφασαν. οὕτω μὲν οὖν ἐτελεύτησε Παια-
1403 ζήτης ὁ Ἀμουράτεω, ἀνὴρ ὁρμήν τε καὶ τόλμαν ἐπιδειξάμε-
d. 8 Mart. νος, ὅποι ἂν παραγένοιτο, ἀξίαν λόγου, καὶ [τόλμῃ] μεγάλα

2. ἐνίεσαν εἰς τὰ? 7. ἐργάσοιτο P 17. καὶ οὐδένα γὰρ λόγον?

mires circiter decem milia, qui suffossum murum sustentabant excelsis lignis, quae deinde accendebant; quibus concrematis muri nemine impellente procidebant: per nudata inde muro loca milites ruebant in urbem.

His tribus modis Temires in oppugnatione urbium utebatur. ver ut iam illuxit, legati veniunt, qui referebant Indorum regem cum magna manu advenisse, urbemque Cheriam intolerandis malis affecisse. etiam ad thesauros regios procedentem, tributo anni adempto, domum abiisse. minae quoque ferebantur, Indorum regem nolle amplius foederatum esse Temiri. haec ut Temires intellexit, terror ingens iniectus est, ne, si rediisset legatio ad regem Indorum, ipse exercitium armaret, regionemque hostiliter accedens occuparet, se interim externis occupato bellis. simul etiam rerum humanarum condicio mentem tangebat, quae nullo in loco satis firmas tutasque res consistere patitur. deinde graviter ferens Indorum legatos adeo impudenter sibi contumeliam fecisse, citato agmine Cheriam properavit, Paiazitem et filium eius secum vehens, cuius parvum respectum egit. proinde in patriam fuga evasit regionem. Paiazitem autem tradunt prae nimia aegritudine aegrotantem fato functum esse. hunc vitae exitum habuit Paiazites, mirabilem tum impetum audaciamque osten-

ἀποδειξάμενος ἔργα κατά τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην, βασιλεύσας ἔτη πέντε καὶ εἴκοσιν. ἦν δὲ οὕτως αὐθάδης ὥστε μηδενὶ πείθεσθαι ὡς ἑαυτῷ θαῤῥούντως χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἐτελεύτησε δὲ ἐν τῇ Ἰωνίᾳ, διαχειμάζοντος αὐτοῦ Τεμήρεω τὸν στρατόν.

Ὁ δὲ Ἰνδῶν βασιλεὺς οὗτος ἐστὶν ὁ τὸν ἐννέα βασιλέων τοὔνομα ἔχων, Τζαχατάης βασιλεύς. τῶν ἐννέα δὲ βασιλέων βασιλέα γενόμενον τοῦτον, τὸν διὰ τοὺς Μασαγέτας στρατὸν B
μέγαν ἐπὶ Τεμήρην ἐπιπέμψαντα, λέγεται τόν τε Ἀράξην V. 68
ἐπιόντα διαβῆναι, καὶ τὰ πλέω τῆς ταύτῃ χώρας καταστρεψάμενον ἐπ' οἴκου αὖθις ἀποχωρῆσαι. Συήνης τε βασιλεύει καὶ Ἰνδίας καὶ Ξυπρίσης, καὶ διήκει αὐτῷ ἡ χώρα ἐπὶ Ταπροβάνην νῆσον, ἐς Ἰνδικὴν θάλασσαν, ἐς ἣν οἱ μέγιστοι τῆς Ἰνδικῆς χώρας ποταμοὶ ἐκδιδοῦσιν, ὅ τε Γάγγης Ἰνδὸς Ἀνυθίνης Ὑδάσπης Ὑδραώτης Ὕφασις, μέγιστοι δὴ οὗτοι ὄντες τῆς χώρας. φέρει δ' ἡ Ἰνδικὴ χώρα ἀγαθὰ μὲν πολλὰ καὶ ὄλβον πολύν, καὶ ὅ τε βασιλεὺς ξυμπάσης τῆς χώρας ὑπ' αὐτὸν γενομένης. ὁρμώμενος δὲ οὗτος ἀπὸ τῆς ὑπὲρ Γάγγην χώρας καὶ C
τῆς παραλίου Ἰνδικῆς καὶ Ταπροβάνης, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν βασιλέα Χαταγίης, τῆς χώρας τῆς ἐντὸς Γάγγου καὶ Ἰνδοῦ, καὶ καταστρεψάμενον τὴν ταύτῃ χώραν τὰ βασίλεια ἐν ταύτῃ δὴ τῇ πόλει ποιήσασθαι· ξυμβῆναι δὲ τότε γενέσθαι ὑφ' ἑνὶ βασιλεῖ

dens, quocunque pervenisset. annis regnavit viginti quinque, res praeclaras in Asia Europaque gerens. adeo autem praefractus et temerarius erat ut neminem monentem sequeretur, sed sibi soli confideret, quando eundum erat in hostes. expiravit in Ionia, cum eo in hiberna movisset Temires.

At Indorum rex, de quo nunc verba facimus, unus est de numero novem regum, et Tzachataae rex appellatur. constat eum fuisse de grege novem illorum regum, qui per Massagetas exercitum magnum contra Temirem misit. qui transito Araxe, et pleraque regionis parte quae subiecta est Temiri subacta, domum reversus est. eius imperio parent Syena India et Chyprisa. huius regio patet ultra Taprobanen insulam, usque in Indicum mare, in quod deferuntur Ganges Indus Anythines Hydraspes Hydraotes Hyphasis, fluvii regionis istius maximi. Indiae autem regio multa suppeditat bona, magnamque fundit felicitatem: sed totius Indiae imperium penes hunc regem est, qui profectus ab ea regione quae supra Gangem est, et a maritima Indiae regione, necnon a Taprobane insula, venit ad regem Achatagiae, quae intra Gangem et Indum est sita. qua deinde suae dicioni adiecta, urbem eius regionis regni sui sedem declaravit. exinde unius imperio universa gubernatur India. rex iste, et qui Cha-

ξύμπασαν τὴν Ἰνδικὴν χώραν. νομίζουσι δὲ οὗτοι θεούς, οἵ τε τὴν Χαταγίην χώραν οἰκοῦντες, Ἀπόλλω τε καὶ Ἄρτεμιν καὶ δὴ καὶ Ἥραν. φωνὴν δ' οὐ τὴν αὐτὴν σφίσιν ἵενται, ἀλλ' ἐς ἔθνη τε πολλὰ διῃρημένα εὐνομεῖται ἐπὶ πλείστων δὴ ἀνθρώπων κατά τε πόλεις καὶ κώμας. θυσίας δὲ ἀνάγουσιν ἵππους μὲν τῷ Ἀπόλλωνι βοῦς δὲ τῇ Ἥρᾳ· τῇ δὲ Ἀρτέμιδι θύουσι παῖδας ἀρτίως ἡβάσκοντας ἀνὰ πᾶν ἔτος. φέρει δ' ἡ
D χώρα αὕτη πυροὺς μὲν ἐπὶ πεντεκαίδεκα πήχεις, ὡς λέγεται, βασιλικούς, καὶ κριθὰς δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ μελίνην ἐς τὸ αὐτὸ μέγεθος. καλαμίνοις δὲ πλοίοις χρώμενοι διαπορθμεύουσι τὸν ποταμόν. φέρει δὲ ἡ Ἰνδική, ὡς λέγουσι, τοσοῦτον μέγεθος ὥστε ἀπ' αὐτοῦ ναυπηγεῖσθαι πλοῖα μεδίμνων τεσσαράκοντα Ἑλληνικῶν. τὸ μὲν γένος τοῦτο οὐ πάνυ γνωστὸν ἡμῖν γενόμενον πολλὰς ἀπιστίας παρέχει, μὴ πείθεσθαι περὶ αὐτῶν ὅσα πυνθάνομαι. ἥτε γὰρ χώρα αὕτη πρόσω ἐκποδὼν γενομένη οὐ πάνυ ἐπιτήδειος εἴσω ᾤκεῖταί τε καὶ ὅπῃ ἔχει ἠθῶν τε καὶ διαίτης. γένος μέντοι ἰσχυρότατον γε-
P. 87 νόμενον τὸ παλαιὸν τούς τε Περσῶν βασιλεῖς καὶ Ἀσσυρίων, ἡγουμένους τῆς Ἀσίας, θεραπεύειν μὲν τοὺς Ἰνδῶν βασιλεῖς, ἐπεί τε Σεμίραμις καὶ Κῦρος ὁ τοῦ Καμβύσου τὸν Ἀράξην διαβάντες μεγάλῳ τῷ πολέμῳ ἐχρήσαντο. ἥτε γὰρ Σεμίραμις τῶν Ἀσσυρίων βασίλισσα ἐπὶ τῶν Ἰνδῶν βασιλέα ἐλαύνουσα

4. πλεῖστον? 12. ὑπ' αὐτοῦ τὸ ναυπ. P

tagiam regionem incolunt, deos esse censent, quos colunt, Apollinem Dianam Iunonemque. diversa inter se utuntur lingua: haud enim omnibus eadem est, siquidem in plurimas discreti gentes reguntur, abundante hominum numero tam in vicis quam in urbibus. victimas immolant equos Apollini, boves Iunoni, Dianae pueros iam pubescentes. haec sacrificia frequentantur quotannis. regio ista producit, ut fama est, frumentum, cuius altitudo excedit quindecim cubitos regios. eadem etiam hordeo altitudo est, similiter et panico. arundineis autem navibus utentes flumen traiiciunt. fert regio illa (sic enim fama habet) arundinem tantae magnitudinis, ut ex ea aedificentur naves quae capiunt medimnos Graecos quadraginta. at genus istud hominum cum nobis parum sit cognitum, fit ut plurima quae de illis feruntur nullam apud nos fidem inveniant: nam cum India a nobis quam longissime submota habitetur, ignoratur quibus moribus et qua victus ratione Indi utantur. hoc hominum genus cum robore plurimum praestaret antiquitus, Persarum et Assyriorum reges, qui Asiam imperio temperabant, coluisse fama tenet. Semiramis et Cyrus Cambysis filius Araxem transeuntes quondam magnam belli molem eo verterunt. nam Semiramis Assyriorum regina arma contra Indorum regem

μεγάλῃ παρασκευῇ, ἐπεί τε τὸν ποταμὸν διέβη, ἐπεπράγει τε χαλεπώτατα καὶ αὐτοῦ ταύτῃ ἐτελεύτησε. μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ὁ Καμβύσεω, Περσῶν βασιλεύς, λέγεται δὴ τόν τε Ἀράξην διαβάς, καὶ διαγωνισάμενος πρὸς Μασαγέτας ἔπραξέ τε τὰ χαλεπώτατα, καὶ αὐτοῦ ὑπὸ γυναικὸς μοίρας τῆς Μασαγετῶν βασιλευούσης ἀποθανεῖν. B

Τεμήρης μὲν οὖν ὡς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐπύθετο τὰ περὶ τὴν πρεσβείαν τοῦ Χαταγίης βασιλέως, ἀπήλαυνεν, ὡς εἶχε τάχους, ἐπὶ Χερίης. Παιαζήτης δέ, ὡς εἴρηται, κατὰ τὴν ὁδὸν ἐτελεύτησεν, ὑπενεχθεὶς ἐς τὴν μέλαιναν ὑπὸ λύπης. Μωϋσῆς δὲ ὁ παῖς αὐτοῦ, ἀφεθεὶς ὑπὸ βασιλέως Τεμήρη, ἐπὶ τὴν πατρῴαν χώραν ἀφίκετο. βασιλεὺς δὲ Τεμήρης ὡς ἐγένετο ἐς τὰ βασίλεια τὰ ἑαυτοῦ, τάτε ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ καθίστη ᾗ ἐδόκει κάλλιστα ἔχειν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸν Ἰνδῶν βασιλέα διενεχθεὶς ἐπολέμει. μετὰ δὲ ταῦτα εἰρήνην τε ἐποιήσατο ἐφ' ᾧ τε ξένοι τε καὶ φίλοι εἶναι ἀλλήλοις.

Τούτῳ ἐγένοντο παῖδες Σαχροῦχός τε καὶ Παιαγγούρης C
καὶ Ἀβδυλατούφης. Σαχροῦχον τὸν πρεσβύτερον παῖδα αὐτοῦ κατέλιπε βασιλέα ἀποδειξάμενος. αὐτὸς δὲ περὶ ἔρωτας V. 69
ἔχων καὶ ἐνταῦθα πολυπραγμονῶν ἐτελεύτησε. λέγεται γὰρ 1405
δὴ Τεμήρης μάλιστα δὴ ἀνθρώπων ἐς τοῦτο ὑπὸ φύσεως d. 19 Febr.
ἀχθῆναι, ὥστε νεανίσκους ἐναντίον αὐτοῦ γυναιξὶ κελεύειν μίσγεσθαι, ὥστε καὶ τὴν φύσιν ἐρεθίζειν αὐτοῦ ἐπὶ τοῦτο.

maximo apparatu movens, ubi flumen superavit, clade suorum maxima accepta occubuit. praeterea Cyrus filius Cambysis, Persarum rex, traiecto fluvio cum Massagetis congressus in gravissimum praecipitatus est periculum, ibi peremptus a muliere Maera Massagetarum regina.

Temires, ut allatum est quae fecisset regis Indorum legatio, maxima celeritate Cheriam se recepit. Paiazites, ut supra diximus, in itinere prae aegritudine naturae debitum solvit. Moses Paiazitis filius, dimissus a Temire, in patriam profectus est regionem. rex Temires ut pervenit in suam regiam, quae ad regni curam attinebant, summa diligentia executus est. deinde hostili animo sumpto bellum cum Indorum rege ex professo gerebat. haud multo post pax inter utrumque convenit.

Temiri nati sunt filii, Sachruchus Paiangures et Abdulatuphes. Sachruchum filium natu maximum regno praefecit. ipse autem amori operam dans, totumque huic rei curiosius se mancipans, mortem tandem obiit. aiunt Temirem libidine reliquos mortales longe superasse. nam adolescentes in conspectu suo mulieres constuprare iubebat, sic provocans naturam, ut ipse deinde coire posset. quando

ὡς δὲ ἀπὸ ἐρώτων γένοιτο, ἐπὶ πολεμίους αὐτίκα δὴ τρέπεσθαι, μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγοντα. καὶ ἐξυβρίσαι δὴ λέγεται τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐς τὴν δίαιταν περὶ ἀφροδίσια γενόμενον.

Τούτου μὲν δὴ τελευτήσαντος ἔσχε τὴν βασιλείαν Σαχροῦχος, ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἐπιεικής, καὶ τοῖς περιοίκοις τὰ
D πολλὰ σπενδόμενός τε καὶ ἡσυχίαν ἄγων διετέλει. μετ' οὐ πολὺ τελευτήσαντος Σαχρούχου τοῦ Τεμήρεω, Παιαγγούρης ὁ νεώτερος παῖς ἔσχε τὴν βασιλείαν, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ διενεχθείς. Οὐλίης μὲν γὰρ τήν τε Καδδουσίων χώραν καὶ τὴν Ὑρκανίαν κατέχων πρὸς Ἀβδυλατούφην τὸν ἀδελφὸν διενεχθεὶς ἐπολέμει, καὶ ὡς Παιαγγούρη ἐπαγόμενος τήν τε χώραν ἀφείλετο, καὶ αὐτὸν ζωγρήσας εἶχεν ἐν φυλακῇ. μετὰ δὲ ταῦτα τελευτήσαντος Παιαγγούρεω Τζοκίης ἔσχε τὴν βασιλείαν. πρὸς τοῦτον Παϊμπούρης τῶν ἐννέα βασιλέων ἐπι-
P. 88 γαμίαν ποιησάμενος καὶ ἐπιτραφθεὶς ἔσχε τὴν βασιλείαν· καὶ τὰ Σεμαρχάνδης πράγματα κατασχών, καὶ Ἰνδῶν συμμαχίαν ἐπαγόμενος, πρός τε τὸν Τζοκίην Παιαγγούρεω ἐπολέμει παῖδα. Τζοκίης μὲν οὖν τούς τε Σκύθας ἐπαγόμενος, καὶ τῆς Ἀσσυρίων χώρας βασιλεύων, ἐπὶ Παιαγγούρην τὸν ἀδελφόν τόν τε πόλεμον διέφερε, καὶ στρατευσάμενος μάχῃ τε

autem relictis amoribus ad bellum protrudebatur, bello confecto ad solitam redibat libidinem, nullo modo quietiorem vitam sectatus. etiam naturae suae vim facere non erubuit, luxuriosiorem secutus victus rationem, quo magis rei Venereae indulgere posset.

Temire defuncto Sachruchus, vir caetera aequitatis studiosus, et plerumque cum finitimis foedera iungens tranquillitatisque amator, regni gubernacula tenuit. haud tamen multo post, excedente e vivis Sachrucho, Paiangures Temiris filius natu minimus regno potitus est. unde ei non admodum bene cum fratribus convenit, verum inimicitiae inter ipsos exarserunt. Ulies enim Caddusiorum regionem et Hyrcaniam retinens, inimicitias suscipiens adversus fratrem Abdulatuphem, cum eo bellum gerebat. Paiangures adveniens regionem ei adimebat, et ipsum captum in carcerem misit. mortuo deinde Paiangure ad regni moderamen evasit Tzokies. cum hoc affinitatem iungens Paeampures, unus de numero novem regum, et conversus regnum occupavit. oppressis enim et occupatis Semarchandae rebus, contractis etiam Indorum auxiliis, bello petiit Tzokiem Paianguris filium. Tzokies adducens Scythas, Assyriorumque regioni imperans, contra fratrem Paianguřem bellum movit. in hoc bello victor extitit, et Semarchandam in dicionem accepit. nec multo post in belli societatem adhibito uno de numero novem regum, et regia sede in

ἐκράτησε καὶ Σεμαρχάνδην παρεστήσατο. οὐ πολὺ δὲ ὕστερον τῶν ἐννέα βασιλεῖ συμμάχῳ χρησάμενος, καὶ ἐν τῷ Ταβρέζῃ πόλει εὐδαίμονι Ἀσσυρίων τὰ βασίλεια ποιησάμενος, πρός τε τὸν Λευκαρίας πολεμῶν διετέλει καὶ Σαμαχίην πόλιν ἐπολιόρκει, τὰ τοῦ Καραουλίκεω βασίλεια. Ταβρέζη δὲ B
πόλις εἶναι μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ μετά γε Σεμαρχάνδην χρημάτων τε προσόδῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ προέχουσα· σῆράς τε τρέφει ἡ χώρα αὕτη μέταξάν τε καλλίστην ποιουμένη, καὶ τὴν Σαμαχίης ἀμείνω. φέρει δὲ καὶ κριμίζιν σηρὰν οὕτω καλούμενον πορφυράν, περὶ τὰ ἱμάτια τά τε ἀπὸ ἐρίων καὶ σηρῶν, βαφὴν ἐνδεικνύμενα ἀξίαν λόγου. ἔστι δὲ πλέα τὰ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ Περσῶν τῶν Ἀτζαμίων καλουμένων· ὅσοι γὰρ ἐς τὴν Ἀτζαμίων φωνὴν προΐενται, Πέρσαι τε οὗτοι σύμπαντες καὶ τῇ Περσῶν φωνῇ διαλέγονται. οἰκοῦσί τε Ταβρέζη τε καὶ Καγινὸν καὶ Νιγετίην, πόλεις εὐδαίμονας τῶν Μήδων καὶ Ἀσσυρίων χώρας. C
Σαμαχίη δὲ πρὸς τῇ Ἀρμενίων χώρᾳ ᾠκημένη, πόλις εὐδαίμων τε καὶ πολυάνθρωπος. ἀπὸ δὲ τῆς θυγατρὸς Τζοκίεω, Καραϊσούφεω δὲ γυναικός, ἐγένετο Τζανισᾶς παῖς Καραϊσούφεω, Τζοκίεω δὲ ἀπόγονος. οὗτός τε Παγδατίης τῆς Βαβυλῶνος ἐπῆρξε, καὶ Ἀσσυρίων τὴν χώραν καταστρεψάμενος Ταβρέζη τε ἑαυτῷ ὑπηγάγετο καὶ πρὸς τὸν Μπαϊμπούρεω παῖδα διεπολέμει. ἐπελάσας δὲ πρὸς Ἀτζιγγάνιν ἐπολιόρκει

10. ἐπὶ Τ

Tabreze Assyriorum urbe opulenta constituta, bello lacessebat Leucariae ducem; etiam Samachiam urbem, Carailucis regiam, oppugnabat. Tabreze autem fertur urbs esse magna et opibus florentissima: etiam omnes Asiae urbes, extra Semarchandam, opum accessu et reliqua felicitate antecedere noscitur. vermiculos alit ea regio ex quibus sericum producitur pulcherrimum, quod longe praestat ei serico quod Samachia suppeditat. fert quoque Crinizin isto nomine vermiculum, qui purpureum colorem admiratione dignum tribuit vestibus ex filis e serico contextis. Abundat autem regio Persis quos Atzamios vocant. quotquot enim Atzamiorum Persarum lingua utuntur, omnes hi Persae sunt et Persarum linguam in usu habent. incolunt Tabrezen Cagrinum et Nigetiam, urbes opulentas, in Assyriorum et Medorum regione sitas. Samachia autem, cuius situs est versus Armeniam, urbs perhibetur opulenta et populosa. ex filia Tzokiis, quae matrimonio iuncta fuit Charaisuphi, natus est Tzanisas Tzokiis nepos et Caraisuphis filius. is Pagdatiam Babylonem rexit, et Assyriorum regionem iure belli possidens Tabrezen suo imperio addidit. arma idem Paimpuris filio intulit. profectus contra Artzinganim urbem,

παραστησάμενος, καὶ τὴν Ἀρμενίων ἐντὸς Εὐφράτου χώραν ἐτύγχανεν οὖσαν ὑπηγάγετο. μετὰ δὲ τοῦ Τζοκίεω παιδὸς ὡρμημένου ἀπὸ Σεμαρχάνδης τήν τε Βαβυλῶνα ἐπολιόρκει, D καὶ αὐτὸν ἐπιόντα οἱ μάχῃ ἐπεκράτησε. καὶ τὴν Βαβυλῶνα ἑλών, ἐπὶ Ταβρέζῃ ἐλαύνων, ἐς τόνδε συνδιαφέρει τὸν πόλε- V. 70 μον. Χασάνης μέντοι ὁ μακρός, Σκενδέρεω τοῦ τὸ Ἀρτζιγγάνιν διακατέχοντος ἀπόγονος ὢν καὶ τῆς Καραϊλούκεω μοίρας, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρεγένετο τὴν Ἀρμενίων, συνελαυνομένων αὐτῷ τῶν τε Καραϊλούκεω παίδων. οὗτοι γὰρ ὡς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Τζανισᾶ, Καραϊσούφεω παιδός, ἐν Σαμαχίῃ πολιορκούμενοι ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο, προσεδέοντο τοῦ Μπαϊμπούρεω ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Μηδικήν, ὃς πεισθείς τε ἐσέβαλε, P. 89 καὶ ἀπανέστη τε ὁ Τζανισᾶς ἀποχωρῶν πρὸς τὸν Μπαϊμπούρην, τὰ μὲν συμβάλλων, τὰ δὲ ληιζόμενος τὴν χώραν ἐκείνου. οἱ μέντοι ἡγεμόνες, ὅ τε Μενδεσίας Αἰδίνης καὶ Σαρχάνης, ἀλόντος Παιαζήτεω τήν τε χώραν κατέλαβον ἐπικελεύοντος Τεμήρεω, καὶ ἐς τὴν ἑαυτοῦ χώραν καθίστατο ἕκαστος. ὁρῶν δὲ Χασάνης συμβαλλομένην αὐτῷ δύναμιν ἀξιόχρεων, τήν τε Ἀρμενίων χώραν ὑπηγάγετο καὶ τοὺς Κιαπνίδας, καὶ πρὸς τοὺς Κολχίδος βασιλεῖς ἐπιγαμίαν ποιησάμενος εἰρήνην ἐποιήσατο.

eam oppugnatione cepit. Armeniam, quae iacet intra Euphratem, in suam dicionem redegit. hinc Tzokiis filio profecto a Semarchanda Babylonem oppugnabat. ipsum adeuntem praelio vicit. exinde Babylonem capiens et contra Tabrezem exercitum ducens, cum illo bellum gessit. Chasanes quidem Longus Scenderis, qui Artzinganim tenebat, nepos, et ex familia Carailucis, regnum Armeniae adeptus erat, adiutus ab Carailucis filiis, qui una cum illo eo profecti erant. hi cum a rege Tzanisa Caraisuphis filio Samachiae gravissima obsidione premerentur, resque eorum admodum lubricae essent, precibus aggressi sunt Paimpurem ut irrueret in Mediae regionem. qui facile quod petivere impetrarunt: nam in Mediam irrupit. qui rumor ut perlatus est ad Tzanisam, obsidione urbem abscedens solvit, iterque flexit adversus Paimpurem, partim quidem regionem eius in dicionem accipiens, partim vero vastans. Mendesis, Aedines, Sarchanes et Allontes Paiazitis regionem occuparunt iussu Temiris, et in suam singuli redibant regionem. Chasanes cernens sibi potentiam esse maximam, Armeniam et Tzapnidas subegit, et pacem intercedente affinitate cum Colchidis rege fecit.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER QUARTUS.

Μετὰ μὲν οὖν τὴν Τεμήρεω ἀναχώρησιν ἐπὶ Χερίης Ἰησοῦς P. 90
ὁ πρεσβύτερος τῶν Παιαζήτεω παίδων τήν τε βασιλείαν κατέ- V. 71
σχε, συλλέξας τούς τε ἀρίστους τῶν θυρῶν τοῦ πατρός, καὶ νεήλυδας προσαγόμενος ὅσους δὴ ἠδύνατο. τῷ γὰρ δὴ Παιαζήτῃ ἐγένοντο παῖδες οἵδε, Ἰησοῦς τε καὶ Μουσουλμάνης καὶ Μωσῆς καὶ Μεχμέτης καὶ Ἰησοῦς ὁ νεώτερος καὶ Μουσταφᾶς. Ἰησοῦς μὲν αὐτίκα μετὰ τὴν Τεμήρεω ἀναχώρησιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γενόμενος, ἔχων τούς τε νεήλυδας μετ' αὐτοῦ καὶ

Post Temiris in Cheriam profectionem, Iesus (qui et Iosua) filiorum Paiazitis natu maximus, conciliatis sibi proceribus regni qui in patris ianuis meruerant, accitis etiam quotquot potuit peregrinis, regnum occupavit. nam Paiaziti nati sunt filii Iesus, Mulsumanes (qui et Musulmanes), Moses, Mechmetes, Iesus minor et Mustaphas. Iesus igitur ubi primum in Asiam venerat, post Temiris discessum in Cheriam ducens secum peregrinorum cohortes et optimos quosque, qui Temi-

τῶν ἀρίστων ὅσοι διέφυγον βασιλέα Τεμήρη, τά τε Προύσης βασίλεια ἔσχε, καὶ τὴν ἄλλην τῆς Ἀσίας ἀρχὴν ἑαυτῷ ὑπαγόμενος τάς τε ἀρχὰς διένειμε, καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς P. 91 τήν τε βασιλείαν κατέσχεν Ἑλλήνων ἐπὶ τὰ Εὐρώπης βασίλεια ὄντων. καὶ ἄρχοντα δὲ ἐφίστησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ᾗ δὴ αὐτῷ ἐπιτηδείως ἔχειν ἐφαίνετο. Μουσουλμάνης μὲν οὖν ὁρμώμενος ἀπὸ Βυζαντίου συνίστατο ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὰ πολέμια γενόμενος ἀνὴρ ἀγαθός, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσγενομένων τῶν τῆς Εὐρώπης ἀρίστων καὶ νεηλύδων, ὅσοι τε αὐτοῦ ἐνῴκουν, ἐπῄει τε διὰ τῆς Εὐρώπης ἐπεξελθὼν καὶ ὑπαγόμενος ταύτην ἑαυτῷ, ἀπόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν καὶ διατρίβοντος. μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς, ἔχων τὸ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, ἐστρατεύετο ἐπὶ Ἰησοῦν τὸν ἀδελ- B φὸν διατρίβοντα περὶ Καππαδοκίαν, ἐπεὶ συνεμάχουν οἱ τοῦ Σινωπίου ἡγεμόνες αὐτῷ καὶ οἱ τῆς συμμαχίας λοιποὶ τῶν τυράννων. συμβαλὼν δὲ αὐτοῦ ταύτῃ τῷ ἀδελφῷ καὶ τρεψάμενος πολλά τε τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ ἐν τῇ μάχῃ διέφθειρε, καὶ δὴ Ἰησοῦν ζωγρήσας διεχρήσατο βασιλεύσαντα ἔτη τέσσαρα.

Οὗτος μὲν δὴ οὕτω καθαιρεθεὶς ὑπὸ Μουσουλμάνεω ἐτελεύτησεν· ὡς δὲ Μουσουλμάνης ἐς τὴν βασιλείαν κατέστη καὶ ἐβασίλευε, Μωσῆς μεμεθειμένος καὶ ἀφεθεὶς ὑπὸ

5. ὄντων om T

ris evaserant manus, Prusam regni sedem invasit et obtinuit. Asiam universam, quae in potestatem venerat magistratus, muniis firmavit; et in Europam transgressus brevi cum Graecorum regno etiam Europae imperium nactus est. Europae vero ducem dedit, qui sibi ad eam rem videbatur aptissimus. Mulsumanes cum exercitu egressus Byzantio bellum indicit Iesu sive Iosuae. cum autem Mulsumanes bellicarum rerum peritissimus longe haberetur, et ad ipsum advolarent ex Europa optimi quique et peregrini, qui ibi sedes habebant, proficiscebatur per Europam universam peragrans et in dicionem accipiens, Iesu absente et moras in Asia nectente. his ita gestis transvectus in Asiam, munitus exercitu quem in Europa conscripserat, hostili animo pergit contra fratrem suum Iesum, sub idem tempus in Cappadocia agentem, quia Sinopenses principes auxiliabantur ei, et reliqui principum socii subsidio veniebant. collatis autem eo loci signis, pugnans cum fratre et eum in fugam coniiciens, maximam exercitus partem in praelio statuit. Iesus vero vivus in manus venit. quem, cum regno praefuisset annis quattuor, trucidavit.

Is igitur a Mulsumane peremptus in hunc modum mortem obiit. ut primum Mulsumanes regnare coepit, Moses, qui dimissus erat a rege

*Τεμήρεω βασιλέως ἐκομίζετο ἐπὶ τὴν πατρῴαν χώραν καὶ ἐπὶ
θαλάττης. ἀφικόμενος δὲ ἐπὶ τοὺς Ὁμούρεω παῖδας τοὺς* C
*Μουσουλμάνεω πολεμίους διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν αὐτῶν
συμμαχίαν, ἐπὶ Σινώπην τε καὶ Καστάμονα, καὶ ἐντεῦθεν
ἐπὶ Δακίαν διαβὰς διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου καὶ ἐπὶ Μύρξαν* V. 72
*τὸν Δακίας ἡγεμόνα, αὐτῷ τε διελέχθη τά τε ἄλλα, καὶ ὡς
ἢν ἐπὶ τὴν βασιλείαν συνεπιλάβηται, δοῦναι αὐτῷ πρόσοδον
ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ χώραν οὐκ ὀλίγην. πρός τε γὰρ Ἕλληνας πολέμια ἦν αὐτῷ, ἐπεί τε Μύρξεω παῖδα αὐτοῦ ἐν Βυζαντίῳ ὑπεδέξαντο, καὶ ὑπέχοντο τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μετὰ Μουσουλμάνεω ἐπιτηδείου συγκατεργάσεσθαι. οὗτος μὲν οὖν τόν τε Μωϋσῆν ὑπεδέξατο ἄσμενος, καὶ αὐτῷ παρείχετο τήν τε
δίαιταν καὶ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τὸν στρατὸν δὲ αὐτῷ ἐδίδου.* D
ἐντεῦθεν δὲ ὡς ἐς τὴν Ἀσίαν Μουσουλμάνης ἀπῆν, ἐπιρρεόντων αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὅσοι ἤχθοντο Μουσουλμάνῃ οὐκ εὖ φερόμενοι παρ' αὐτῷ, καὶ ὁρμώμενος λαβών τε τούτους καὶ ἀπὸ Δακῶν στρατὸν ἱκανόν, ἐπισπομένου αὐτῷ καὶ Τάνου τοῦ Δακῶν ἡγεμόνος, τήν τε Εὐρώπην κατέσχε, καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια τῆς Ἀδριανοῦ πόλεως παριὼν καθειστήκει τε βασιλεύς, καὶ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἐς τὴν Ἀσίαν παρεσκευάζετο στρατεύεσθαι. Μουσουλμάνης δὲ ἠπείγετο καὶ αὐτὸς

9. *ἐπί* P

Temire, mari advehebatur ad patriam regionem. adveniens autem ad Homiris filios, Mulsumanis hostes, quia socia arma contulerant cum Iesu, accedens quoque Sinopen et Castamonem, et hinc in Daciam transmisso Euxino ponto perveniens, ad colloquium cum Myrxa Daciae (quae et Servia) praefecto venit. inter caetera vero talis erat Mosis petitio: si eius auxilio adiutus rex crearetur, se daturum ei reditus magnos in Europa et assignaturum regionem non modicam. erat enim Graecorum hostis. praeterea Byzantii filium Myrxae susceperunt, promiseruntque se huic et Mulsumani regnum tradituros. Myrxas quidem Mosen benigne lubentique animo excipiebat, eique victum et necessaria promptissime suppeditabat; eidem exercitum dedit. cum autem undique ad hunc confluerent ex Europa quotquot infensi erant Mulsumani (aberat enim in Asia agens), quia non satis digne ab ipso tractarentur, expeditionem sumpsit contra fratrem, assumptis quotquot convenerant. habuit et Dacorum exercitum magnum, cum prius Tainum eorum ducem sibi conciliasset. his copiis instructus Europam subegit; et Adrianopolim, quae regni sedes est, profectus ibi rex declaratus est. huic animus erat etiam contra fratrem in Asiam exercitus movere. Mulsumanes haud interim socordiae obnoxius erat, verum festinabat et ipse, ut fratrem praeveniret, traiiciendo copias in Asiam. hoc unum videbatur utrique consultis-

P. 92 φθῆναι πρότερος ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς· διέγνω γὰρ καὶ ἀμφοῖν ἄμεινον καὶ πρὸς τοῦ ἑτέρου εἶναι, ὁπότερος ἂν ἐπὶ τὴν τοῦ ἑτέρου ἀρχὴν διαβὰς τὴν μάχην ποιήσαιτο αὐτοῦ καὶ μὴ ἐπιμείνῃ τὸν ἀδελφὸν ἐπιόντα. διαβάς τε ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ὥστε αὐτῷ φιλία εἶναι πρὸς τὸν Βυζαντίου βασιλέα, ἄγεται τὴν [βασιλέως υἱιδοῦν] Ἰαννύου τοῦ Ντόρια θυγατέρα, υἱιδοῦν δὲ τοῦ βασιλέως Ἑλλήνων. ἀγόμενος Μουσουλμάνης ὁ Παιαζήτεω παῖς, καὶ ἐς Βυζάντιον διαβὰς ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν ἀδελφόν. Μωσῆς δὲ ὡς τάχιστα ἐπύθετο παρὰ βασιλέως Ἑλλήνων καταλύειν ἐν Βυζαντίῳ, αὐτίκα ἐπήλαυνε, καὶ ἀπολαβὼν ἐν Βυζαντίῳ οὐκ εἴα ἐς τὴν Εὐρώπην
B ἐξελθόντα ἀναστρέφεσθαι. Μουσουλμάνης μὲν οὖν στρατὸν ὡς ἠδύνατο μέγιστον ἀπὸ τῆς Ἀσίας διαπορθμεύσας ἐπὶ τὴν Βυζαντίου χώραν αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύετο, καὶ τόν γε ἀδελφὸν ἐπιόντα ἐπέμεινεν. ἐνταῦθα ὡς ἄμφω ἐς μάχην παρετάξαντο, συνέβαλον καὶ ἐμάχοντο. Μωσῆς μὲν τούς τε Δάκας καὶ Τριβαλλοὺς ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Στέπανον τὸν Ἐλεαζάρου παῖδα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα Τούρκων παρετάσσετο. βασιλεὺς μὲν δὴ πρὸς τοῦτον λόγους πέμψας συνεβουλεύετο αὐτῷ ἐν τῇ παρατάξει θαρροῦντα ἰέναι ἐπὶ τὸ Βυζάντιον παρὰ βασιλέα Μωσέως πολὺ ἄμεινόν τε καὶ ἐπιεικέστερον· ἦν γὰρ δὴ Μωσῆς τά τε ἄλλα ἐπαχθὴς ἐς τοὺς

6. Τουντόρια P 7. ταύτην ἀγόμενος? ἀμείνονά? 21. Μωσέα P: corr H

simum, quasi alterius esset victor, qui prior in alterius regionem venisset et praelium commisisset, nec expectaret donec frater accederet. traiiciens itaque Byzantium venit. cum autem ei familiaritas intercessisset cum rege qui ea tempestate Byzantium tenebat, uxorem ducit regis neptem Iannii Tuntoriae filiam, cum antea matrimonium contraxisset cum nepte regis Graecorum Mulsumanes Paiazitis filius. transgressus autem Byzantium bellum fratri inferebat. at Moses ubi accepit a rege Graecorum Mulsumanem Byzantium advenisse, continuo accessit; quem ut ibi deprehendit, exire Byzantio et in Europa versari non permisit. Mulsumanes itaque copias quam potuit maximas traduxit ex Asia in Byzantiorum regionem; castrisque positis fratrem accedentem expectavit. deinde cum acies utrinque instructae stetissent, praelium atrox exoritur. Moses habebat Dacos Triballos et Stepanum Eleazari filium. his in acie iungebantur Turci, qui ex Europa venerant. legationem autem misit ad Stepanum Byzantius rex, suadens ut instructa acie eat ad regem meliorem et aequiorem Mose. Moses enim caetera molestus et intolerandus sociis et in iram praeceps erat. Stepanus exercitu in ordines explicato, ut pactus erat

συμμάχους καὶ ἐς ὀργὴν ταχύς. Στέπανος μὲν οὖν ἐν τῇ C
παρατάξει, ὡς τῷ Ἑλλήνων συνέθετο βασιλεῖ τε καὶ Μου-
σουλμάνῃ, αὐτομολήσαντες ἀφίκοντο ἐπὶ Βυζάντιον· Μωσῆς
δὲ ὡς ἐμάχετο συμμίξας τῷ ἀδελφῷ, τούς τε ἀπὸ τῆς Ἀσίας
ἐτρέψατο καὶ ἐπεξελθὼν ἐδίωκε. Μουσουλμάνης δὲ ὡς ἡτ-
τηθεὶς ἀνεχώρει ἐπὶ Βυζάντιον, ὡς ἐγένετο παρὰ τῇ πόλει,
ἐπιλεξάμενος βουλὴν γενναιοτάτην καὶ ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ὡσεὶ
πεντακοσίους ἄνδρας, ἐπιρρεόντων καὶ ἄλλων τινῶν, ὑποδυό-
μενος τὴν τῆς πόλεως τάφρον, ἔχοντος τοῦ ἀδελφοῦ Μωσέως
ἀμφὶ τὴν δίωξιν καὶ διαφθείροντος σὺν τοῖς ἑαυτοῦ, ὡς ὑπεξ-
έρχοιτο τοὺς πολεμίους ἐπὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἀφικόμε-
νος, τό τε στρατόπεδον κατελήφθη, καὶ τοὺς ἐπιγινομένους D
ἀπὸ τῆς μάχης, οἳ καταφεύγουσί τε καὶ ἐπανῄεσαν, διέφθειρε.
καὶ ὡς ἐπανήκει τε αὐτὸς Μωσῆς ἐλαύνων ἐπὶ τὸ στρατόπε-
δον ἀπὸ τῆς μάχης, καὶ ἔγνω δὴ κατειλημμένον τὸ στρατό- V.73
πεδον, αὐτίκα ἐς φυγήν τε αὐτὸς ἐτράπετο καὶ τοῦ στρατεύ-
ματος διέφυγε, καὶ ἄλλῃ ἄλλος, ᾗ ἑκάστῳ προυχώρει. οἱ μέν
τινες καὶ ἐπ' αὐτὸν αὐτίκα ἰόντες τὸν Μουσουλμάνην ὡς βα-
σιλέα προσεκύνουν, καὶ ἐξελαύνοντι ἐφείποντο.

Μουσουλμάνης μὲν δὴ οὕτω τὰ πράγματα ἔσχεν ἀμφὶ 1406
ταῖν ἠπείροιν, γενναιότατα δὴ πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν πρὸς
τὸν ἀδελφὸν διαγωνισάμενος. ἐπελάσας μὲν οὖν ἐς τὴν Ἀδρια-

17. προσεχώρει P 21. δὲ P

cum Graecorum rege et Mulsumane, turpiter transfugit Byzantium. Moses cum occiperet praelium adversus fratrem, Asianum exercitum in fugam compulit fugientemque persecutus est. Mulsumanes se victum simulans retroferebat gradum, Byzantium festinans. cum autem venisset ad urbem, consilium cepit multo generosissimum. nam habens secum viros circiter quingentos, concurrentibus etiam aliis quibusdam, urbis fossam ingressus est. fratre autem occupato persecutione et caede hostium, in eius castra irruere statuit; quod et fecit, castrisque potitus est. eos qui praelio non interfuerant aut fuga in castra se receperant, occidit omnes. deinde cum a persecutione hostiumque caede reversus Moses procederet ad castra, cognovit ea capta esse. illico igitur fuga sibi consuluit, exercitumque deseruit. alius autem alio, ubi se tutissimum fore iudicabat, sedulo diffugiebat. quidam continuo ad ipsum properabant Mulsumanem, eumque ut regem adorabant; et quocunque pergeret, sequebantur.

In hunc modum se res Mulsumanis habebant in continente, cum fortissime omnium, quos sciam, adversus fratrem suum dimicasset. profectus hinc Adrianopolim regni sedem, regnum imperiumque ordi-

P. 93 νούπολιν τὰ βασίλεια, τήν τε βασιλείαν καὶ τὴν ἀρχὴν καθίστη αὐτῷ, ᾗ ἐδόκει κράτιστα ἔχειν. Μωσῆς μὲν οὖν ἐς τὴν παρίστριον χώραν ἀφικόμενος, καὶ συγγενόμενος Μυρδάνῳ τῷ Δακίας ἡγεμόνι καὶ πρότερον ὄντι συνήθει αὐτῷ, διέτριβε παρὰ τῷ Αἵμῳ, παραμείβων ἄλλην ἐξ ἄλλης χώραν. Μουσουλμάνου δὲ ῥαθυμοῦντός τε καὶ περὶ ὁμιλίαν ἔχοντος τά τε πράγματα οἰδαίνετο. οἵ τε γὰρ ἄρχοντες αὐτῷ τε ἤχθοντο ὡς οὐδὲν ὑγιὲς ὂν αὐτῷ, καὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ προσγινομένων κατὰ βραχὺ τῶν Τούρκων οὐδένα λόγον ἐποι- B εἶτο. ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀφίκετο, τήν τε Θέρμην τοῖς Ἕλλησιν ἀπέδωκε καὶ Ζητοῦνιν καὶ τὴν παράλιον τῆς Ἀσίας χώραν, καὶ ἐπιτήδειος ὢν ἐχαρίσατο αὐτοῖς εἴ του δέοιντο, ὡς δυνατὸν ἦν αὐτῷ. ἐπρεσβεύοντο μὲν οὖν αὐτῷ καὶ οἱ Ἕλληνες, βουλευόμενοι μὴ ἀνεῖναι αὐτὸν ἐς τὴν ὁμιλίαν οὕτω πάνυ, ὡς ἐπισφαλές τε ὂν αὐτῷ καὶ οὐδαμῇ ἐμπεδοῦν αὐτῷ τὴν βασιλείαν πρὸς τὸν ἀδελφόν. τούτων μὲν οὐδένα λόγον ποιούμενος, ἕωθεν δὲ καὶ ἑσπέραν περὶ τὴν ἀκρατοποσίαν διετέλει, προπίνων τοῖς ἀρίστοις, καὶ ὡς ἀναπαύοιτο, ἐπεγειρόμενος αὖθις ἐς ὁμιλίαν καθίστατο. λέγεται C δὲ ὡς ἔχοντος ἐν ταῖς χερσὶ τὴν φιάλην ἔλαφος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον περιὼν διῄει, καὶ ἐπιθορυβούντων αὐτῷ τῶν στρα-

9. προσγενομένων P   21. παρὼν?   αὐτῶν P

navit, qua tutissimum et firmissimum sibi fore confidebat. Moses venit in regionem Istro adiacentem, et conversatus cum Myrdano Daciae rectore, cum quo antea intervenerat familiaritas, moratus est iuxta Haemum, alium ex alio subinde locum mutans. Mulsumanes se ignaviae et ebrietati corrumpendum dabat. proinde res fortiter gestae usque minuebantur. duces quoque ei indignabantur, ut qui nihil sani nec sibi nec aliis consuleret. nec admodum ei curae erat quo Turcorum exercitus paulatim ad fratrem dilaberetur. ubi primum regni gubernacula accepit, Graecis Thermam Zetunim et universam Asiae maritimam regionem restituit. spem de se praebebat ut qui paratus esset iis donare quaecunque voluissent, quasi id praestare iam posset. legati Graecorum ad eum mittebantur, consulentes ne se totum luxuriae et voluptati dedat, quasi iam sit plane securus et in portu naviget; quasi nihil periculi amplius, quantum ad regnum attinet, a fratre sit metuendum. at surdo narrabant fabulam. matutinum et vespertinum tempus iungebat potando, praebibens optimatibus suis. revolutus in somnum, ubi primum erat experrectus, solitam potandi consuetudinem iterabat. fertur quodam tempore cum phialam manibus teneret, et cervus in castra penetrasset in iisque obambularet, tumultuantibus militibus propter cervi in castra adven-

τιωτῶν ὡς ἡ ἔλαφος ἐπιπαρῇ, ἀγχοῦ γενόμενος ἐπειρᾶτο εἰ
φιάλην ἐπὶ τοῦ κέρατος φέροι, ὡς ταύτην ἀνακτησόμενος ἀπὸ
τῆς ὁμιλίας. ἦν μέντοι ἄλλως ὁ Μουσουλμάνης ἐπιεικὴς καὶ
τὸ σῶμα ῥωμαλέος καὶ ὁρμὴν ἐς τὸ μάχεσθαι κράτιστος,
Μωσῆς δὲ τοὐναντίον θυμοῦ τε ἀκρατέστερος ὡς ἐπίπαν, καὶ
ταχὺς δὲ μάλιστα ἐς ὀργήν, καὶ ἕπεσθαι τῷ δυσμενεῖ μηδὲν
ἀνιέντα. ἐπείτε οὖν ἐπιγενομένων αὐτῷ οὐκ ὀλίγων ἐς τὸ
πεδίον κατέβη καὶ ἐπὶ Μουσουλμάνην ἤλαυνε, Χασάνης τε ὁ
τῶν νεηλύδων ἄρχων καὶ Βρενέζης ἔχων ἱπποδρόμους τῆς D
Εὐρώπης ηὐτομόλησαν αὐτίκα παρὰ Μωσέα. ὁ δὲ ὡς ᾔσθετο 1410
τοὺς νεήλυδας ἀφεστηκότας ἰέναι ἐπὶ τὸν ἀδελφόν, ἤλαυνεν
εὐθὺ Βυζαντίου ἐπὶ τοῖς Ἕλλησι καὶ τὴν Βυζαντίου βασι-
λείαν, ἐν νῷ ἔχων συμμῖξαι, ὡς ἐντεῦθεν αὖ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν
διαβὰς ἐπεχείρει τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα. καὶ ὡς ἔχων
τοῖς Τούρκοις ἐπίδηλος ἦν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐς τὸ Βυζάν-
τιον φέρουσαν, ἐνταῦθα συλλεγέντες οἱ τήνδε τὴν χώραν οἰ-
κοῦντες Τοῦρκοι τόν τε Μουσουλμάνην ἐζώγρησαν καὶ ἀπή- P. 94
γαγον παρὰ Μωσέα, χαριζόμενοι βασιλεῖ. ὁ μέντοι Μωσῆς
τόν τε ἀδελφὸν διεχρήσατο, καὶ τούς τε Τούρκους πανοικί,
οἳ συλλαβόντες ἧκον ἄγοντες, πυρὶ σὺν γυναιξί τε ἅμα καὶ V. 74
παισὶν ἐνέπρησε, φάμενος ἀθέμιτα ἐργασαμένους, καὶ βα-
σιλέα σφῶν αὐτῶν συλλαβόντες ταύτην τὴν δίκην ὑπέ-
χοιεν. αὐτὸς δὴ ὑπέλαβε τὴν βασιλείαν, καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν

2. ταύτῃ R

tum, interrogationem fecisse, num phialam in cornibus gestet: quod si est, hac redimam. quando ebrietati et crapulae non operam dabat Mulsumanes, erat quidem benignus et aequus, corpore firmus, pugnandique in hostes impetu nulli postponendus. Moses vice versa irae imperare nequibat, verum praeceps in eam agebatur, quicquid ea dictasset, facere non cunctans. cum igitur comparasset copias haud contemnendas, descendit in campum, praelio aggressurus Mulsumanem. Chasanes peregrinorum dux, et Brenezes qui praeerat Europaeis equitibus, continuo desciverunt ad Mosen transfugientes. Mulsumanes ut cognovit peregrinos defecisse et confugisse ad hostilem exercitum, recta Byzantium fugiens contendit, animo agitans Graecis Byzantii regnum tradere, ut hinc in Asiam transgressus Asiae res commodius adoriretur. cum autem huiusmodi animo volveret sententiam, cognitus est a Turcis in via quae Byzantium fert. Turci itaque, qui ibi habitabant, collecti in unum ceperunt Mulsumanem vivum captumque abduxere ad Mosen, isto munere eum honorare affectantes. Moses vero fratrem illico necavit. Turcos autem qui fratrem comprehenderant comprehensumque ad se adduxerant, omnes cum liberis et uxoribus adeoque cum universa familia igne cremavit,

διαβὰς κατεστήσατο τὰ ἐκείνου πράγματα, ᾗ ἐδόκει αὐτῷ ἀσφαλέστατα ἕξειν. καὶ ἐπήλαυνεν ἐν νῷ ἔχων πολιορκήσειν Βυζάντιον, καὶ τῇ τε Θέρμῃ πόλεμον ἐπήνεγκε, καὶ τῷ Τρι-
B βαλλῶν ἡγεμόνι πολεμῶν διεγένετο, τήν τε χώραν αὐτοῦ θ' ἅμα ληιζόμενος καὶ Σπενδερόβην τὴν μητρόπολιν αὐτοῦ πολιορκῶν. Στέπανος μὲν οὖν οὗτος Ἐλεαζάρου Πλαδίκεω τῆς γυναικὸς ἀδελφός, Βοῦλκος δὲ τοὔνομα ἔχων, ὡς Ἐλεάζαρος ἐτελεύτησε, τήν τε ἡγεμονίαν παρέλαβε καὶ ἐτυράννευε, τῷ τε Παιαζήτῃ συστρατευόμενος ᾗ ἂν παραγγέλλῃ. καὶ τότε δὴ ἐν τῇ πρὸς Μουσουλμάνῃ γενομένῃ μάχῃ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ μετέστη τε ὑπὸ Μωσέως ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ ηὐτομόλησε· δι' ἃ δὴ πόλεμον ἐπιφέρων τήν τε πόλιν αὐτοῦ ἐπολιόρκει καὶ τὴν χώραν ἐδῄου. ὡς δὲ ἐπελαύνων ἐπολιόρκει Βυζάντιον, ἐξηρτύετό τε ἅμα ἐπιφέρων τε καὶ ἐπέχων
C ὅσα τῆς χώρας ἠδύνατο, καὶ τριήρεις καὶ πλοῖα ὡς ἠδύνατο πλεῖστα ναυπηγησάμενος ἐπῄει διά τε τῆς ἠπείρου καὶ διὰ θαλάσσης. ἐνταῦθα πληρώσαντες οἱ Ἕλληνες πλοῖα ὅσα ἐπῆν αὐτοῖς, καὶ δὴ καὶ τριήρεις, ἡγουμένου Ἐμμανουήλου τοῦ νόθου Ἰωάννου τοῦ βασιλέως παιδός, ἀντανήγοντό τε καὶ ἐναυμάχησαν. και ἐνίκησαν οἱ Ἕλληνες. οὗτος δὲ ὁ Ἐμμανουῆλος, ὁ τοῦ βασιλέως παῖς, τὰ ἐς γνῶσιν καὶ φρόνησιν οὐδε-

1. ᾗ] καὶ P   5. θαμὰ?   17. ἔτ' ἦν? sed cf. p. 260 A extr.

dicens eos impia commisisse. merito igitur, cum regi suo violentas intulerint manus, has poenas sceleris luisse commissi. ipse ergo recepit regnum, et in Asiam transiens eam formam Asiae rebus induxit, quae videbatur Asiae regnum firmissimum et tutissimum effectura. deinde abiit, Asia relicta, statuens obsidione cingere Byzantium. Thermae hostiles exercitus admovit. Triballorum duci bellum intulit, ex regione eius frequenter praedas agens, et Spenderobem metropolim obsidione premens. is erat Stepanus, Eleazari Pladicis uxoris frater, cui Bulco nomen erat. ut Eleazarus vitam finiit, principatum ipse arripuit et pro principe se gessit, Paiaziti strenue operam navans, quandocunque eius auxilium implorasset. Stepanus cum foret in eo praelio quod propter Byzantium committebatur, defecit a Mose et ad fratrem eius transfugit. hac rei indignitate irritatus Moses urbem Stepani exercitu circumsedet; regionemque graviter populationibus vastavit. ut autem oppugnatum ivit Byzantium, multum iuvabatur agens ferensque quaecunque ex regione potuisset. fabricans naves et triremes terra marique iter faciebat. Graecis implentes naves et triremes, quae in promptu erant, navalibus copiis praelium navale commiserunt, duce Emanuele, notho regis Ioannis filio, cum hostibus; et ex eo praelio Graeci excessere victores. hic Emanuel regis filius

νὸς λειπόμενος, ἐπὶ τὸ ἐξηγεῖσθαι ἐς πόλεμον ἱκανός τε ἐδόκει ἐν τῷ τότε παρόντι καὶ ηὐδοκίμει. δι' ἃ δὴ εὐδοκιμῶν ἑάλω τε ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ βασιλέως, καὶ ἐσπεσὼν ἐς εἱρκτὴν διεγένετο ἐπὶ ἔτη ἑπτακαίδεκα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ. Μωσῆς μὲν οὖν ὡς ἔσφαλε τὴν κατὰ θάλασσαν δύναμιν, ἐπιὼν D διὰ τῆς ἠπείρου ἐδῄου τε τὴν Βυζαντίου χώραν καὶ Θέρμην ἐπολιόρκει καὶ Τριβαλλοῖς ἐπολέμει. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Τούρκων ἡγεμόνας σπονδὰς ποιησάμενος εἰρήνην ἦγε, καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὰ πολλὰ διατρίβων ἐτύγχανεν.

Ἕλληνες μὲν οὖν, ὡς ἐτελεύτησε Μουσουλμάνης, ἐπαγόμενοι τὸν παῖδα αὐτοῦ, τοὔνομα Ὀρχάνην, συνέστησαν ἐπὶ Μωσεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα ἔπεμψαν ἐς τὴν Θέρμην, ὡς ἐντεῦθεν τῷ τε Πογδάνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ταύτῃ Τούρκων διὰ χρημάτων ἐπικούροις ὁρμώμενός τε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐπε- P. 95 λαύνοι καὶ τὴν χώραν κατάσχοι. ὁ μέντοι παῖς ἐπετέτραπτο ἀνδρὶ Τούρκῳ ἀπὸ Ἀσίας, Παλαπάνῳ τοὔνομα, τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἀγεννεῖ, πιστῷ δὲ οὐ πάνυ. καὶ ἐς τὴν Θέρμην ἀφίκετο, ἐξιὼν δ' ἐντεῦθεν ᾔει διὰ τῆς Μακεδονίας ἐπὶ Βέρροιάν τε καὶ τὴν ταύτῃ χώραν, καὶ προσχωρούντων αὐτῷ τῶν ταύτῃ ἐπινεμομένων Τούρκων ἤλαυνεν ἐπὶ Θετταλίαν. Μωσῆς δὲ ὡς ἐπύθετο τὸν Μουσουλμάνεω παῖδα τήν τε χώραν ὑπαγόμενον καὶ ἐλαύνοντα ἐπὶ Θετταλίαν, συντίθεται προδο-

1. ἱκανά P   5. ἐσφάλη?   6. Θέρμην ἣν ἐπολιόρκει P

cum prudentia et militari scientia facile omnes anteiret, tum temporis Graecos ista victoria contentos esse iubet; ipseque plurima praefulgebat gloria. hanc eius gloriam cum haud aequo animo ferret regis frater, Emanuelem in carcerem duci iussit; qui annis adhuc vixit septem et decem cum liberis suis. Moses, cum parum prospere successisset navale praelium, accedens per continentem Byzantii regioni populando molestus erat; graviter Thermam quoque, quam obsidione cinxerat, affligebat, etiam cum Triballis bellum gerens. pax autem intercesserat cum Turcorum in Asia ducibus: proinde non hostilia patiebantur a Mose, qui plerumque in Europa aetatem agebat.

Graeci, cum fato functus esset Mulsumanes, filium eius Orchanem accersentes opposuerunt Mosi hostem, postea vero miserunt eum Thermam ad Pogdanum et alios Turcos, qui ibi stipendia faciebant, rogantes ut auxilio essent Orchani procedenti in Europam, ut eam occuparet. puer quidem Orchanis viro Turco ex Asia oriundo committebatur, caetera non ignobili, parum tamen fido: Palapanum eum nominant. Orchanes venit Thermam: inde transita Macedonia, Berrhoen venit, et in regionem finitimam. cum ad ipsum accurrerent Turci, qui ea loca tenebant, profectus est in Thessaliam. Moses ut accepit Musulmanis filium Orchanem regnum

σίαν τῷ Παλαπάνῳ, ὥστε παραδοῦναι αὐτῷ τὸν παῖδα ἐπι-
όντι καὶ διασημῆναι ἑκάστοτε ὅποι ἐλαύνοιεν περιιόντες. οὗ-
B τος μὲν οὖν ὡς ἑκασταχοῦ ποι τῆς χώρας ἐπίοι, διεσήμαινέ
τε τῷ Μωσῇ καὶ ἐδήλου ᾗ ἐπιὼν σφίσιν τε περιτύχοι καὶ τὸν
παῖδα παραδοίη αὐτῷ. ἐγένοντο μὲν οὖν οἱ ἀμφὶ τὸν παῖδα
ἐπὶ τὸ ἐς Θετταλίαν καθῆκον ὄρος τῆς Μακεδονίας, καὶ ἐν-
ταῦθα ὡς ὑπεσημήνατο ὑπὸ Παλαπάνεω τῷ Μωσῇ, ἐπιὼν
τόν τε παῖδα ἐζώγρησε καὶ τὸν στρατὸν διέφθειρε. μετὰ δὲ
V.75 ταῦτα ἐπὶ τὴν Βογδάνου χώραν ἀφικόμενος τήν τε χώραν
αὐτῷ ταύτῃ ὑπηγάγετο, καὶ τοῖς Ἕλλησι διαπολεμῶν προσεῖ-
χεν ἐντεταμένως. Ἕλληνες μὲν οὖν οὔτε ἐπολέμουν οὔτε ἐπο-
λεμοῦντο. καὶ Ἰησοῦς ὁ νεώτερος τῶν Παιαζήτεω παίδων
C ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀφικόμενος ἔστε τὴν τοῦ Ἰησοῦ θρησκείαν
μετέβαλλε, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησε.

Μεχμέτης μὲν οὖν, καὶ οὗτος Μωσέως μὲν ἀδελφός,
παῖς δὲ Παιαζήτεω, ἀπὸ τῆς Καραμάνου χώρας ὁρμώμενος,
ἐπειδὴ ἐν ἱκανῷ ἡλικίας ἦν, τούς τε συγγενεῖς τῶν Τούρκων
μετῄει ὡς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιπαριών. καὶ διαπρεσβευομένων,
καὶ τῶν Ἑλλήνων ὑποδεχομένων καὶ αὐτῶν κατὰ δύναμιν ἐς
τὴν βασιλείαν αὐτῷ συλλήψεσθαι, τήν τε Ἀσίαν ὑπηγάγετο,
ἀχθομένων τῶν τῆς Ἀσίας ἀρίστων τῆς Μωσέως ἐν ἀρχῇ
τυραννίδος καὶ προσχωρούντων τῷ Μεχμέτῃ, τῆς τε Ἀσίας

11. ἐκτεταμένως P 18. οἷς P

sibi parare et in Thessaliam pergere, proditionem puero per Palapanum subornat. Palapanum enim iubebat Moses ut sibi significaret ubi puer cum suis versaretur, et deinde accedenti eum traderet. Palapanus quidem Orchanis itinera et loca in quibus morabatur, semper indicabat. monebat qua adire deberet, ut puerum per proditionem caperet. Orchanes vero cum suis manebat in monte qui Thessaliae imminet. eo cum accessisset Moses, ut indicatum erat a Palapano, puerum vivum capit exercitumque trucidavit. postea in Pogdani regionem profectus, eam suae dicionis fecit; et cum Graecis intentus in omnes occasiones summa vi bellum gerebat. at Graeci bello abstinebant prorsus. Iesus autem sive Iosue, qui natu minimus erat filiorum Paiazitis, ad Graecos se recipiens Christianam religionem assumpsit, nec multo post ad superos migravit.

γανὴ τὰ τῶν Ἀρμενίων βασίλεια ἐπελαύνων παρεστήσατο, ἔχων στρατὸν ἀμφὶ τὰς ὀκτὼ μυριάδας ἱππέας. καὶ ἐπελαύνων οὗτος ἐς τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν χώραν τοῦ Μεχμέτεω ἐληΐζετο. οἱ μὲν οὖν περὶ Σεβάστειαν, ὥστε σφῶν τὴν χώραν μὴ φέρειν αὐτόν, βουτύρου τε ἱκανὰ φορτία ἐφέροντο καὶ ἀσινῆ τὴν χώραν ἐνέμοντο. [ὑπὸ] τούτου μὲν οὖν τὴν χώραν τοῦ Καραισούφεω παιδὸς Τζοκίης τῶν Τεμήρεω ἀπογόνων, ὡρμημένος ἀπὸ Σεμαρχάνδης κατεστρέφετο, καὶ τήν τε Παγδατίην πόλιν τῆς Βαβυλῶνος ἐπολιόρκει, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι ἐλέγετο, καὶ Χασάνην τὸν μακρὸν καλούμενον ἐς τήνδε τὴν κάτω Ἀσίαν καὶ ἐπὶ Ἀρμενίαν πέμπων τὰ ἐς τὴν χώραν ὑποχείρια ἐποιεῖτο. ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο.

giam sedem, eamque occupavit, habens in suo exercitu circiter octo myriades hominum. hiuc movens ingressus est in Asiam, et Mechmetis regionem vastare aggressus est. qui circa Sebastiam colebant, ne ipsorum regio vastaretur, butyri magna onera portabant, et suam regionem a populationibus illaesam retinebant. Tzokies unus de numero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariasuphis filii regionem subegit. praeterea Pagdaciam Babylonis urbem, ut supra edocuimus, obsidione cinxit. Chasanem cognomento Longum in inferiorem Asiam et Armeniam mittens, omnia quae ad istam regionem pertinebant in potestatem accepit. haec quidem hactenus

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER OCTAVUS.

1452 Τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω, πα-
P. 201 V. 157 ρασκευασάμενος ἄσβεστον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὡς πλεῖστον, ᾠκοδόμει
τὴν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατὰ τὴν Προποντίδα ἐν τῷ Βοσπόρῳ, ᾗ στενώτατόν ἐστι διαβῆναι ἀπὸ Ἀσίας, πολίχνην Λαιμοκοπίην καλουμένην. καὶ σύμπαντας μὲν συνήθροιζεν ἐνταῦθα τούς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, καὶ ἐπιδιελόμενος ἐς μοίρας τὴν πολίχνην ταύτην τοῖς τε στρατηγοῖς καὶ ὑπάρχοις ᾠκοδόμει. τοῦτο δὲ ἐποίει ὥστε ἀσφαλῆ αὐτῷ εἶναι τὴν ἐς

Appetente iam aestate Mechmetes Amuratis filius, praeparans in Asia plurimum calcis, condere instituebat in Europa, iuxta Propontidem in Bosporo, qua via ad transfretandum ex Asia artissima est, urbem Laemocopiam nuncupatam. universos qui in Europa et Asia erant, ad id opus percipiendum evocabat. qui cum impigre advenissent, aedificare auspicati sunt, cum prius in singulos duces et praefectos opus universum fuisset distributum. causa quae regem ad eam ur-

τὴν Ἀσίαν διάβασιν, καὶ μὴ τοὺς ἑσπερίους δύνασθαι ἐπιόντας τριήρεσι διακωλύειν αὐτῷ τὴν διάβασιν καὶ καινοτομεῖσθαι τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ αὐτῷ πράγματα. μέγα δὲ προφέρειν P. 202 αὐτῷ ἔμελλε καὶ ἐς τὴν Βυζαντίου πολιορκίαν. ᾠκοδόμει δὲ πύργους τρεῖς μεγίστους πάντων ὧν ἴσμεν, δύο μὲν κατὰ τὴν ἤπειρον, ὥστε ὡρμημένοι ἀπὸ τούτων ἀμύνειν τῷ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἐρχομένῳ, τοῦτον δὲ μέγιστον ἐπῳκοδόμει, καὶ μολίβδῳ τοὺς πύργους ἐστέγετο. τὸ δὲ πλάτος τοῦ τείχους πόδας δύο καὶ εἴκοσι, τῶν δὲ πύργων καὶ πλέον τούτων, τριάκοντα. ὡς δὲ ἐπιτετείχιστο ἐς τρεῖς μῆνας, ἐπέδραμέ τε αὐτίκα τὴν Βυζαντίου χώραν, πόλεμον αὐτῷ ἐξενεγκών.

Τοῦ δ' ἐπιγινομένου χειμῶνος Τουραχάνην ἔπεμπεν ἐπὶ Πελοπόννησον, πολεμῶν ἅμα καὶ τοῖς βασιλέως Ἑλλήνων ἀδελ- B φοῖς. οὗτος μὲν οὖν λαβὼν τὸ Θετταλίας τε καὶ Εὐρώπης στράτευμα, ὅσον ἐπὶ Φερῶν ἐς τὴν τοῦ Εὐρώπης στρατηγοῦ τάττεσθαι μοῖραν, ἐστρατεύετο ἐπὶ Πελοπόννησον, τούς τε παῖδας αὐτοῦ ἅμα ἀγόμενος καὶ ἄρχοντας τῶν Θετταλίας καὶ Μακεδονίας πόλεων. καὶ ἐσβαλὼν ἐπορεύετο τὴν μεσόγαιον, Ἀρκαδίαν τὸ παλαιὸν καλουμένην, καὶ διὰ Τεγέης καὶ Μαντινείας ἐλαύνων κατῄει ἐπὶ τὴν Ἰθώμην καὶ Μεσηνίαν χώραν, καὶ ληισάμενος ἐπὶ ἡμέρας συχνὰς τὰ τῇδε ὑποζύγια Νεοπολίχνην παρεστήσατο. καὶ Σιδηροπολίχνην πολιορ- C

7. τρίτον?

bem extruendam impulerat, haec erat, videlicet ut transitus in Asiam sibi facilis esset, et ne Occidentales venirent, navibusque traiectum impedirent, novasque res in Asia molirentur. eam urbem plurimum quoque conferre iudicabat ad Byzantii oppugnationem. turres etiam tres, quas maximas novimus, posuit. duas extruxit iuxta continentem, ut ab his progressi irruere possent in naves quae mare legerent. harum alteram fecit maximam. turres praeterea plumbo intexit. latitudo muri erat pedem viginti duorum: at turrium latitudo erat maior, continens triginta pedes. cum muri iam starent, quos operae intra tres menses absolverant, impetum dedit in Byzantii regionem, ex professo cum Byzantiis bellum gerens.

Hieme iam instante Turachanem in Peloponnesum misit, ut ibi bello lacesseret Graecorum regis fratres. hic assumpto Thessaliae et Europae exercitu, quantus Pherris erat et Europaeo duci parebat, profectus est contra Peloponnesum, adhibitis etiam suis filiis. additi sunt huic et Thessaliae Macedoniaeque urbium principes. omnibus igitur paratis per mediterraneam, quam olim Arcadiam dixere, et per Tegeam Mantineamque exercitum ducens, venit in Ithomae et Mesenae regionem. cum autem diebus multis iumentorum praedas ex ea egisset, tandem etiam Neopolichnem cepit. obsidione deinde Side-

κῶν, ὡς οὐκ ἠδύνατο ἑλεῖν, ἀπήγαγε τὸν στρατόν, ἐξελαύνων διὰ τῆς ὁδοῦ. ἐνταῦθα ἐξελαύνοντος αὐτοῦ ὁ νεώτερος Ἀχμάτης ἑάλω ὑπὸ Ἀσάνεω τοῦ ἡγεμόνος γυναικὸς ἀδελφοῦ, V. 158 ἐνεδρεύσαντος ταύτῃ περὶ Μυκήνης χώρας, ᾗ ἔμελλεν ἐξελαύνων διὰ τῆς ὁδοῦ διεξιέναι. τοῦτον μὲν οὖν ἀπαγαγόντες ἐς Σπάρτην παρὰ τὸν ἡγεμόνα εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς ὃ δὴ ἀπέδωκαν.

Τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους ἅμα ἦρι εὐθὺς καθισταμένῳ ἐστρατεύετο ὁ Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν Βυζαντίου πόλιν, καὶ πρότερον μὲν εὐθὺς διανοούμενος, ἐπεί τε D ἐτετείχιστο αὐτῷ τὴν ἐν τῇ Προποντίδι Λαιμοκοπίην καλουμένην πόλιν. καὶ χειμῶνος τὸ τῆδε εὐθὺς ἔτι ἐπηρτημένου περιαγγέλλων ἁπανταχῇ τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης ἐς τὴν πάραλον ναυπηγεῖσθαι, πλοῖά τε καὶ τριήρεις παρεσκευάζετο, τηλεβόλους ποιούμενος μεγίστους δὴ ὧν ἡμεῖς ἐς ἐκεῖνον ἴσμεν τὸν χρόνον ἄλλῃ πῃ γεγονέναι. ὡς δὲ ἐδόκει αὐτῷ ἤδη ὥρα εἶναι ἐξελαύνειν, ἔπεμπε μὲν πρῶτα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατηγὸν Σαρατζίαν παραλαβόντα τε τὸν τῆς Εὐρώπης στρατόν, τούς τε τηλεβόλους ἄγειν ἐς Βυζάντιον ἄλλας τε μηχανὰς καὶ δὴ καὶ τηλεβόλον μέγαν. εἶναι δὲ τοῦτον τὸν τηλεβόλον ὡς ζεύγη βοῶν ἕλκειν ἑβδομήκοντα καὶ ἄνδρας ἐς δισχιλίους. P. 203 ἀφικόμενος μὲν οὖν οὗτος καὶ πρότερον τοὺς ἐν τῇ Βυζαν-

16. ποι P

ropolichnem circumvenit; quam cum suae ditionis facere non posset, exercitum abduxit. cum autem cum exercitu proficisceretur, Achmates iunior Turachanis filius captus est ab Asane, qui erat frater uxoris quam duxerat Peloponnesi princeps. hic enim ei insidias struxit circa Mycenarum regionem, qua erat iter facturus hostis. Achmatem captum deduxerunt in Spartam ad principem, eumque donec suis restitueretur, in vinculis habuere.

Aestate deinde sequente, ubi primo ver apparuit, Mechmetes Amuratis filius expeditionem contra Byzantium sumebat. iam antea istam expeditionem mente conceperat, verum prius in Propontide urbem Laemocopiam aedificare volebat. cum autem hiems adhuc saeviret, edicit ut omnes qui in Asia quique in Europa agerent, ad maritima loca convenirent ad classem fabricandam. naves et triremes fabricabantur. bombardas fieri curavit maximas, quantas novimus ea tempestate nunquam extitisse. cum iam tempus postulare videret ut ipse bello se immisceret, Europae ducem Saratziam iubet cum exercitu Europae praecedere; bombardas et reliquas belli machinas, necnon bombardam maximam Byzantium subvehere. tanta huius bombardae magnitudo extitit, ut a septuaginta iugis boum et a viris bis

τίου χώρᾳ πύργους, ἐς οὓς διεσώζοντο οἱ περὶ τὰ ἔργα ἀγροῖκοι ἄνδρες, τοὺς μὲν ἐξεπολιόρκησε λιμῷ, τοὺς δὲ καὶ ἑλὼν κατὰ κράτος τοὺς ἄνδρας ἀπαγαγὼν κατέσφαξε. καὶ τότε δὴ ὡς ἀφίκετο ἐπιὼν, ἐπέδραμε τὴν Βυζαντίου χώραν. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπελαύνων καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐστρατοπεδεύετο ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ δεξιᾷ χῶρον τοῦ βασιλέως ἐς τὰς χρυσέας καλουμένας πύλας ἐστρατοπεδεύετο τὸ τῆς Ἀσίας ἅπαν στράτευμα, ἐς δὲ τὸ εὐώνυμον χωρίον κατὰ τὴν ξυλίνην καλουμένην πύλην ὁ τῆς Εὐρώπης στρατός· ἐν μέσῳ δ' αὐτὸς ἵδρυτο βασιλεὺς, ἔχων τε τοὺς νεήλυδας καὶ τῶν θυρῶν ὅσοι εἰώθασι περὶ βασιλέα σκηνοῦν. Ζάγανος δὲ ὁ τοῦ βασιλέως κηδεστὴς ἐστρατοπεδεύετο B ἐς τὸν καταντικρὺ χῶρον ὑπὲρ τὴν Γαλατίαν πόλιν. λέγεται δὲ γενέσθαι ξύμπαντα τὸν στρατὸν ἀμφὶ τὰς τεσσαράκοντα μυριάδας. τῶν δὲ ὑποζυγίων διαπλασίω ἂν τούτων ἀριθμὸν ξυμβαίνει γενέσθαι ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον· ὑποζύγια γὰρ νομίζεται ἐς τὸ στρατόπεδον περιάγεσθαι πολλαπλάσια τῶν ἀνθρώπων, ὥστε σιτία ἐπιφέρεσθαι ἱκανὰ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἵπποις τε καὶ ἀνδράσι. μόνοι δὲ οὗτοι ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀσφαλιζόμενοι σφίσι τὰ ἐπιτήδεια, ὅποι ἂν στρατεύωνται, ὥστε αὐτάρκη εἶναι αὐτοῖς, καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους ὡς πλείστας περιάγονται ἐς τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἡμιόνους ἐς τὴν ἄλλην αὐτῶν εὐδαιμονίαν, C

mille trahenda fuerit. Saratzias ubi advenit Byzantium, turres, in quas agricolae se recipiebant fugientes hostem, quasdam fame expugnavit, quasdam vi cepit; viros inde abductos necavit. etiam Byzantii regionem gravissime populationibus afflixit. nec multo post secutus est rex ipse, et castra posuit quae ab una maris parte in altera porrigebantur. in eo loco qui a dextris regi erat, usque ad eum locum qui Aureae portae dicitur, castrametatus est Asianus exercitus. in sinistra parte iuxta locum qui Lignea porta appellatur, Europae exercitus tendebat. in medio regia castra sita erant cum peregrinis et ianuae militibus, qui castra circa regem ponere consuevere. Zaganus regis affinis e regione supra Galatiam urbem castra communierat. quadraginta myriades hominum dicuntur tum temporis in exercitu regis fuisse. numerum autem iumentorum apud omnes constat duplo maiorem fieri, ut satis alimenti pabulique equis hominibusque esset. soli etenim Turci, quod sciam, sibi necessaria semper apportant, quocunque tandem bellandi gratia proficiscantur. praeterea, ut commeatuum copia abundent, camelos et mulos quamplurimos, ut in necessariis serviant, secum ducunt. mulos quidem habent propter aliam ipsorum felicitatem. singuli vero equos camelos mulosque pulchrio-

αὐτός τις ἕκαστος ἵππους τε καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους τοὺς καλλίους ἑαυτῷ ἐπειγόμενος ἐνδείκνυσθαι. παραγενομένῳ δὲ βασιλεῖ οὐ πολλῷ ὕστερον παρῆν καὶ ὁ στόλος αὐτῷ διὰ θαλάσσης, τριήρεις μὲν ὡς τριάκοντα, πλοῖα δὲ μικρὰ ἀμφὶ τὰ διακόσια.

Ἕλληνες μὲν οὖν ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τὸν βασιλέως στόλον, διὰ θαλάσσης πέδας σιδηρᾶς διατείνοντες ἀπὸ τῆς καταντικρὺ πόλεως ἐς τὸ τεῖχος τοῦ Βυζαντίου, παρὰ τὴν ἀκρόπολιν καλουμένην, καὶ τάς τε ναῦς, ὅσαι ἔτυχον παραγενόμεναι αὐτοῦ, αἱ μὲν μετὰ ξυμμαχιῶν αἱ δὲ καὶ ἐμπορίας χάριν, φέροντες καθίστασαν ἐς τὰς πέδας. καὶ οὕτω διενοοῦντο διακωλύειν τὸν βασιλέως στόλον μὴ παριέναι εἴσω D *ἐς τὸν Βυζαντίου λιμένα. διήκει γὰρ ἐντὸς ἐπὶ σταδίους κατὰ μὲν τὴν πόλιν ὀγδοήκοντα, ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἤπειρον τῆς χώρας ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ταύτης τῆς πόλεως οὐ πάνυ τι ὀχυρὸν ὂν οὔτε ῥεύματα ἔχει μεγάλα, ὥστε τὰ πλοῖα παραπλέοντα πράγματα ἔχειν. κατ' ἤπειρον δὲ ἐστὸν δύω τείχεε τῆς πόλεως, τὸ μὲν μέγα τε καὶ ἄξιον λόγου, τὸ δὲ ἔλαττον, ἐκτὸς ἐς τὴν τάφρον ὑπερκείμενον. τάφρος δὲ ἔπεστιν ᾠκοδομημένος λίθοις, τὸ εὖρος πλεθριαία. τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις ἐδέδοκτο παρατασσομένοις ἐς τὸ ἐκτὸς τεῖχος ἀμύνεσθαι, οἷα τῷ τάφρῳ ὑπερκείμενον, κατὰ τὰ πρὶν δεδογμένα σφίσιν ἐπὶ* P. 204 *Ἀμουράτεω, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν πόλιν.*

res ostentandi gratia adducunt. rex cum venisset Byzantium, haud multo post secuta est classis regia, in qua erant triremes triginta, naves minores ducentae.

Graeci ubi intellexere adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe quae ex adverso erat, extenderunt in Byzantii murum prope arcem. naves praeterea quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia quaedam mercium appulerant, intra catenas sistunt, ut aditu regiam classem excluderent, ne intra portum veniret. is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, et in continentem se porrigit stadiis centum et quinquaginta. urbis quidem illius moenia haud admodum firma sunt, nec admodum magna flumina habet, ut naves advenientes periclitentur. qua vero urbs spectat continentem, muros habet duos firmissimos. unus magnus et memorabilis est, alter extra situs est, verum praecedenti minor, fossam subiectam habens latitudine iugeri, lapidibus extructam. rex cum Graecis deliberabat ubinam resistendum esset hosti. tandem visum est ut irent in exteriorem murum, qui fossa munitus erat, et repugnarent hosti, quemadmodum fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnaverat.

Βασιλεὺς μὲν οὖν αὐτίκα τάς τε μηχανὰς καὶ ἄλλας ἄλλῃ τῆς πόλεως προσέφερε, καὶ τούς τε τηλεβόλους δύο ἱδρυσάμενος ἔτυπτε τὸ τεῖχος. ἵδρυτο δὲ ὁ μὲν τῶν τηλεβόλων κατὰ τὰ ἐκείνων βασίλεια, ὁ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ καλουμένην πύλην, ᾗ δὴ καὶ αὐτὸς ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς. ἵδρυντο μὲν καὶ ἄλλῃ πολλαχῇ τοῦ στρατοπέδου τηλέβολοι, βάλλοντες ἐς τοὺς Ἕλληνας· οὗτοι δὲ δύο μέγιστοι λίθον ἕκαστος ἠφίεσαν διτάλαντον καὶ ἐπέκεινα. τοὺς δὲ λίθους μέλανας ὄντας λέγεται ἐνεγκεῖν, οἷς ἐπέτακτο, ἀπὸ Εὐξείνου πόντου ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. τηλεβολιστὴς δ' ἦν τοῦ B βασιλέως τοὔνομα Ὀρβανός, Δὰξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ' Ἕλλησι διατρίβων, καὶ τούς τε Ἕλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος βίου, ἀφίκετο παρὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως· ὃς τότε δὴ μεμισθωμένος πολλοῦ παρεσκευάσατο τοὺς τηλεβόλους. ἠφίεντο δὲ οὕτω. πρῶτα μὲν ἐλάττους τηλεβόλους δύο παρὰ τὰ πλάγια τοῦ μεγάλου ὄντες ἠφίεντο, λίθον ἐπαφιέντες ἡμιτάλαντον. καὶ οὗτοι μὲν οἱ δύο λίθοι φερόμενοι ἐδῄουν τὸ τεῖχος. μετὰ δὲ τοὺς δύο λίθους ἠφίετο καὶ ὁ μέγας λίθος, τρία τάλαντα ἐν σταθμῷ ἔχων, καὶ μέγα μέρος κατεβάλ- C λετο τοῦ τείχους· ὁ γὰρ λίθος δαιμονίᾳ φερόμενος ῥύμῃ καὶ φορᾷ ὑπερφυεῖ ἐλυμαίνετο ἀνηκέστως. λέγεται δὲ τὸν ψόφον αὐτοῦ ἀμήχανόν τινα ὄντα ἐπέχειν τὴν γῆν πέ-

21. ὑπερφυῇ P

Rex Mechmetes continuo machinas plurimas urbi admovit. bombardas duas expediebat, quibus moenia sterneret. unam opposuerat regali Graecorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam portam, ad quam regis castra erant. erant autem bombardae per castra undique dispersae, quae globulos in Graecos iactabant. bombardae quas rex habebat, duae maximae emittebant lapidem qui appendebat talenta duo aut amplius. lapides hi nigri erant, et apportabantur ab Euxino ponto per eos quibus rex id negotii dederat. bombardarius regis nomine Orbanus genere Dacus erat, et antea conversatus erat cum Graecis. deinde relinquens Graecos inopia rei familiaris, accesserat ianuas regis. hic ab rege conductus magno pretio bombardas parabat. ea autem tempestate qua Byzantium oppugnabatur, bombardae duae, quae stabant ab utroque latere maioris bombardae, incendebantur. hae emittebant lapidem cuius pondus erat dimidium talentum. hae itaque cum globos suos torquerent, muri lapides perfringebant. eos deinde sequebatur bombarda maxima, quae torquebat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, et magnam muri partem sternebat. nam is globus mirum in modum magno impetu latus graviter omnia dissipabat. bombardae huius tonitru tantum esse traditum est, ut finitima regio usque ad quadraginta stadia

ριξ ἐπὶ σταδίους τεσσαράκοντα σειομένην. κατεβάλλετο μὲν
τὸ ἐκτὸς τεῖχος καὶ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, καὶ τὸ
ἐντὸς ἅμα ἐτύπτετο. ἠφίει δὲ τῆς ἡμέρας ὁ τηλέβολος λί-
θους ἑπτά, καὶ ἕτερον τῆς νυκτός, κομιζόμενος τῆς ἡμέρας
τὸ σημεῖον, ᾗ ἔδει αὐτὸν ἀφιέναι. καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ἔκ-
πληξίς τε ἅμα καὶ δέος ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ νεήλυδες
καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου στεγάσματα πίλοις
D λευκοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς παρασκευασάμενος, ἀπὸ τοῦ στρατοπέ-
δου ἐς τὸ τεῖχος φέροντες καὶ ἐς τὴν τάφρον τῆς πόλεως, καὶ
τὸ ἐκτὸς τῆς τάφρου κατορύσσοντες, καὶ ὀπὰς ποιησάμενοι, ἔβαλ-
λον τοὺς Ἕλληνας τηλεβόλοις καὶ ἐτόξευον, οὔτε ὁρώμενοι οὔτε
ἄλλο ἀνήκεστον πάσχοντες ὁτιοῦν πρὸς τῶν Ἑλλήνων· οὐ γὰρ
οἷά τε ἦν. ὠρύσσετο μέντοι καὶ ὀρύγματα τῷ βασιλεῖ ὑπὸ
γῆν φέροντα ἐς τὸ τεῖχος. καὶ οἵ τε ὀρυκταὶ τοῦ βασιλέως
πύργους καθίστασαν ἐπὶ ξύλων μετεώρους τέσσαρας καὶ ἐπι-
πύργια, ὡς αὐτίκα πῦρ ἐνήσοντες ᾗ αὐτά. οὐ μέντοι γε προε-
P. 205 χώρησε τὰ ὀρύγματα· οἱ γὰρ Ἕλληνες ὡς ᾔσθοντο τοὺς πο-
λεμίους ὀρύσσοντας, ἔνδοθεν ὤρυσσον καὶ αὐτοί, καὶ προϊόν-
τες εὗρον τοὺς βασιλέως ὀρυκτάς, καὶ ἐξέωσαν πῦρ ἐνιέντες,
καὶ ἐπεκράτησαν τῶν ὀρυγμάτων. ἐπεποίητο μὲν καὶ πύργος
ξύλινος ἐπιμήκης, καὶ κλίμακες ἐν αὐτῷ ὡς πλεῖστοι ἐς τὸ ἄνω
V. 160 τοῦ πύργου, ὡς διὰ τούτων πειρασομένων τοῦ τείχους καὶ
ὑπερβαλλομένων.

concuteretur. murus externus necnon turres bombardis disiiciebantur. etiam internus murus bombardis arietabatur. bombarda maxima interdiu septem eiaculabatur globos, noctu unum, qui diei signum erat, et indicabat ubinam eo die globos torqueri oporteret. et quidem primo terror iniiciebatur Graecis maximus. at peregrini et reliquus exercitus, parantes tegmenta et pluteos ex lanis coactis rubris et albis pro castris, subibant murum et ingrediebantur fossam urbis, satis muniti et tecti iis tegmentis. praeterea perfodientes eum locum qui extra fossam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulis et sagittis graviter afflixere Graecos, cum interim ipsi nihil mali ab his paterentur, nec videri possent. nam ne nocere quidem Turcis Graeci, etsi maxime voluissent, poterant. rex quoque curavit effodi cuniculos, qui in urbem ferrent. fossores, qui cuniculos agebant, excitarunt turres quattuor excelsas, quae insistebant machinis ligneis, et alia propugnacula, ex quibus illico ignem iacularentur in hostem. cuniculi tamen haud prosperum invenere eventum. nam Graeci, ut sensere hostem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt, eosque iniecto igne expulere cuniculis, cuniculosque obtinuere. Turci parabant turrim ligneam excelsam admodum. in suprema eius parte ponebantur scalae plurimae, quasi isto propugnaculo freti murum tentare et superare vellent.

Ταῦτα μὲν οὖν κατ' ἤπειρον παρεσκεύαστο τῷ βασιλεῖ ἐς τὴν πολιορκίαν· κατὰ δὲ τὴν θάλατταν, ὡς οὐκ ἠδύνατο παριέναι εἴσω ἐς τὸν λιμένα ὥστε πανταχῇ τῇ πόλει προσβάλλειν, ἐδόκει αὐτῷ ἄνω κατὰ τοῦ Ζαγάνου στρατόπεδον ἀνεκλύσαντα ὑπερείδειν τὰ πλοῖα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτῃ μὲν B ἄνω διὰ τοῦ ὄρους διέζευξε τὰ πλοῖα, παρεσκευασμένα ἱστίοις τε καὶ κώποις, ἑλκόμενα ἐς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος. διεβίβασε δὲ πλοῖα ἐς τὰ ἑβδομήκοντα, πεντηκοντόρους τε καὶ τριηκοντόρους, καὶ οὕτω παρεσκευάζετο ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ἐπιπλευσούμενα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτῃ κατὰ τὸν αἰγιαλὸν οἱ τοῦ βασιλέως παρασκευασάμενοι τηλεβόλοις διενοοῦντο ἀμύνεσθαι, ἥντις ἐπίῃ διακωλύσων τὰ πλοῖα καθέλκειν ἐς τὴν θάλασσαν. Ἕλληνες γὰρ ὡς ἑώρων τὰ πλοῖα ἕτοιμα κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος πληρώσαντες πλοῖα ὅσα ἐπῆν αὐτοῖς, καὶ ἐπιόντες κατακαῦσαι, ἢν δύνωνται, τὰ πλοῖα. καὶ ἐπεί τε ἔδοξεν, ἐποίουν οὕτω, καὶ πληρώσαντες πλοῖα καὶ C ἐξοπλισάμενοι ἐπῄεσαν ὡς κατακαύσοντες, ὥσπερ ἔχουσιν ἀνειλκυσμένα τὰ πλοῖα. οἱ μέντοι Τοῦρκοι αἰσθανόμενοι αὐτοὺς ἐπιόντας, καὶ ἀφιέντες τοὺς τηλεβόλους, διέφθειραν τῶν πλοίων δύο τριηκοντόρους. καὶ τὰ μὲν πλοῖα εὐθὺς κατεδύετο, οἱ δὲ ἄνδρες, ὅσοι μὴ ἠπίσταντο νήχοντες, εὐθὺς ἀπώλοντο. τούτων δ' αὖ ὅσοι ἐξένευσαν ἐς τὸν αἰγιαλὸν παρὰ

1. παρασκεύαστο P 15. καὶ] ὡς?

Haec quidem in continenti fiebant, si quo modo tandem urbis oppugnatio procederet. quo pacto autem urbs illa mari oppugnari coepta sit, nunc exponam. cum non posset naves a mari appellere intra portum, ut urbs simul terra marique oppugnationem sustineret, statuit supra, iuxta Zagani castra, navigia reflectere, ibique ea quasi munimentum contra portum collocare. et hic quidem in superiore parte per montem navigia transportavit, quae velis remisque instructa in litus portus egit. in hunc modum naves transmisit septuaginta, necnon alias naves, quae tribus et quae quinque impelluntur remis. omnia sic erant ordinata quasi in crastinum intra portum navigare vellent. in litore stabant milites parati propulsare hostes bombardis, si accederent, prohibituri deducere naves. Graeci ubi animadverterunt naves hostiles in littore portus stare, naves quotquot ad manus erant militibus impleverunt, conantes accedere et regis naves incendere. Graeci, ubi primum haec sententia recepta est, id facere aggressi sunt. implentes itaque navigia armatis profecti sunt, ut comburerent naves regis in portu stantes. Turci ut intellexerunt Graecos accedere, bombardas arripientes naves Graecorum duas corruperunt, quae continuo mergebantur. viri qui natare nesciebant, a Turcis ca-

τοὺς Τούρκους ἑάλωσαν· καὶ οἱ Τοῦρκοι, ὡς ἡμέρα τάχιστα
ἐγεγόνει, ἀπαγαγόντες τούτους ἐς τὰς πύλας τῆς πόλεως διέ-
φθειραν. Ἕλληνες δὲ — ἦσαν δὴ παρ' αὐτοῖς Τούρκων τι-
νές, οἳ ἑάλωσαν, δέσμιοι· ἀπαγαγόντες καὶ οὗτοι τούτους ἐς
τὰς ἐπάλξεις ἐναντίον τοῦ στρατοπέδου κατεχρήσαντο, ἴσα
D πρὸς ἴσα σφίσι διαχειριζόμενοι γίνεσθαι περὶ τοὺς αἰχμαλώ-
τους. τὰ μέντοι πλοῖα τοῦ βασιλέως, ὡς οὐδεὶς ἔτι διε-
κώλυε καθειλκυσμένα, ἀπέπλει ἐς τὴν πόλιν.

Καὶ ἐνταῦθα αὐτίκα βασιλεὺς γέφυραν ἐποιεῖτο ἀπὸ τῆς
καταντικρὺ ἠπείρου τῶν Κεραμαρείων καλουμένης χώρας, ἐς
τὴν πόλιν φέρουσαν, δυοῖν πίθοιν ξυλίνοιν ξυνηρμοσμένοιν
καὶ συνδεδεμένοιν ἀλλήλοις ἰσχυρῶς, ὥστε διαβαίνειν τὰ
στρατεύματα ἀπὸ τοῦ Ζαγάνου στρατοπέδου ἐπὶ τὴν πόλιν.
καὶ συνέβαινεν οὕτω ἁπανταχῇ πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ
τὰ τῆς πόλεως ταύτῃ πράγματα καὶ Ἑλλήνων ἀσθενῆ γίγνε-
σθαι. ἅτε γὰρ τῆς πόλεως ἐπὶ πολὺ διηκούσης (ἡ γὰρ πε-
ρίοδος τῆς πόλεως μεγίστη αὕτη τῶν ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἑκα-
P. 206 τὸν ἕνδεκά πῃ σταδίους γενομένη) διανεμομένων τῶν ἀνδρῶν
τῆς πόλεως ἁπανταχῇ, οὐ πάνυ τι ὀχυρὰ ἐγένετο. καὶ ἐπὶ
τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῖς τηλεβόλοις ἔτυπτε τὸ τεῖχος ἰσχυ-
ρῶς, καὶ κατέβαλε μέγα μέρος, πύργους τέσσαρας καὶ ἐπι-
πύργια. ὡσαύτως καὶ ἐς τὸ μέγα τεῖχος τούς τε πύργους

pti sunt. Turci, ubi primum dies apparuit, captivos ad urbis portas adductos in Graecorum conspectu mactarunt. erant et apud Graecos quidam Turci, qui in vinculis asservabantur. Graeci igitur hos in pinnas muri raptos e regione hostilium castrorum interemerunt. et in hunc modum captivorum caedes compensata est. naves regiae, cum nemo esset qui eas prohiberet, navigarunt ad urbem.

Quo cum appullissent, rex illico pontem fecit e regione continentis, quae Ceramariorum appellatur. is in urbem ferebat, et extructus erat ex doliis, quae bina coniungebantur et fortiter connectebantur. per eum ex Zagani castris ad urbem iter erat. et quidem in hunc modum contigit, ut urbs omni a parte obsidione artaretur. copiae quoque Graecorum subinde infirmiores reddebantur, cuius causa erat urbis amplitudo. Ambitus enim huius urbis maximus est earum quae apud nos sunt urbium: continet enim in circuitu centum et undecim stadia. cum autem milites undique per urbem distribuerentur, accidit ut minus munita foret, cum exercitus in hunc modum distraheretur. iam quadraginta diebus murus bombardis fortiter quassatus erat. ceciderant turres quattuor, necnon alia propugnacula, murique pars magna. corruerant praeterea turres maioris muri bom-

κατέβαλεν. οἱ δὲ Ἕλληνες τὴν ἀρχὴν μὲν καὶ οὗτοι τοὺς
παρὰ σφίσι τηλεβόλους ἱδρυσάμενοι κατὰ τὸ τεῖχος ἠφίεσαν
καὶ οὗτοι λίθον ἕλκοντα τρία ἡμιτάλαντα σταθμόν, καὶ ἔβα-
λον ἐς τὸν τοῦ βασιλέως τηλέβολον. ἀλλ' ἐσείετο μὲν τὰ B
τείχη καὶ ἐβλάπτετο σφίσιν, οὐ μέντοι ἤνυον οὐδέν. καὶ ὁ
μὲν μείζων τηλέβολος διερρήγνυτο αὐτίκα, ὅτε πρῶτον ἠφίετο.
καὶ τὸν τηλεβολιστὴν ἐν αἰτίαις εἶχον ὡς διεφθαρμένον ὑπὸ
βασιλέως, καὶ ἀπῆγον θανάτου· οὐ μέντοι γε φανερὸν εἶχον
σημεῖον ὡς κολάζειν, καὶ ἀπέλυσαν. ἐς δὲ τὸ τεῖχος ὃ κατε-
βάλλετο ὑπὸ τῶν βασιλέως τηλεβόλων, κλίμασί τισι καὶ πί- V. 161
θοις ξυλίνοις φραξάμενοι ἠμύνοντο, νυκτὸς ἐπιτελοῦντες ταῦτα
διὰ σπουδῆς αὐτοί.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ, ἐν ᾧ ταῦτα ἐγίνετο, ἠγγέλλετο
τῷ βασιλεῖ ὡς νῆες ἐπιπλέουσιν ἀπὸ τοῦ Αἰγαίου ἐπὶ τὸ Βυ- C
ζάντιον, δύο φορτίδες, μία μὲν μείζων τῶν Ἰαννυΐων, ἡ δὲ
ἑτέρα τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως, σῖτον ἐπιφέρουσαι. τοῦτο μὲν
ὡς ἐπύθετο, τάχιστα ἐπλήρου τάς τε τριήρεις καὶ πλοῖα, καὶ
ἔπεμπεν ἐπὶ τὰς ναῦς ἤδη ἐγγὺς οὔσας καὶ ἐπιφερομένας
πνεύματι ἱκανῷ ἐς τὴν πόλιν. τὰ μὲν οὖν πλοῖα καὶ αἱ τριή-
ρεις ἀνήγοντο ἐς τὰς ναῦς, καὶ ἐμβάλλουσι μὲν τῇ Ἑλληνικῇ
νηὶ τὰ πρῶτα. καὶ παρὰ βραχὺ ἑάλω, εἰ μὴ ἡ Ἰαννυΐων ναῦς
ἐπιστραφεῖσα ἤμυνεν αὐτῇ· φέρουσα γὰρ ἐνέβαλεν ἐς τὰς

7. ἐναντίως P

bardis ictae. Graeci quidem primo et ipsi bombardas suas expediebant, easque in hostem dirigebant. Graecorum bombardae emittebant globum cuius pondus erat talentum cum dimidio. harum unam opponebant Mechmetis bombardae maximae. verum quando globum eiaculabatur, tantus edebatur sonus ut moenia moverentur Graecisque plus detrimenti quam Turcis inferret. quapropter parum efficiebant. bombarda enim, quam habebant, maxima, ubi primum incensa est, dissiluit. hinc irati contra bombardarium insurrexerunt quasi muneribus ab Mechmete corruptum, eumque capitis anquirebant. cum autem nullum satis manifestum signum, quo crimen comprobaretur, invenirent, crimine eum absolverunt atque impunitum dimisere. moenia quae Turci bombardis straverant, noctu scalis quibusdam et doliis obstruentes reficiebant summa celeritate.

Interea cum haec fierent, nuntiatur Mechmeti duas naves onerarias ex Aegaeo navigare Byzantium. una quidem, et quae magnitudine praestabat, Ianuensium erat: altera vero erat regis Graecorum, commeatum adportans. haec ubi accepit rex, continuo triremes et alias naves militibus compleri iubet, quas misit contra hostiles naves iam propinquas, quia satis

τριήρεις. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐπεβόα διακελευό-
D μενος τοῖς ἑαυτοῦ, ἐσβαίνων ἐς τὴν θάλατταν σὺν τῷ ἵππῳ.
αἱ μέντοι νῆες οὕτω διαφυγοῦσαι κατέπλεον ἐς τὸν λιμένα.
ἐνταῦθα τιτρώσκεται ὁ τοῦ βασιλέως ναύαρχος Παντόγλης
τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ τῶν σφετέρων, ὡς αὐτὸς διεμαρτύρατο ἐς
τὸν βασιλέα, καὶ εἰ μὴ ἐτρώθη, εἷλεν ἂν τὰς ναῦς, διισχυρι-
ζόμενος. οὕτω μέντοι διέφυγεν ὥστε κακόν τι μὴ παθεῖν ὑπὸ
βασιλέως. καὶ οὓς ἐν ὑποψίᾳ ἔσχε, συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς
καθεῖρξεν ὡς ἀπολέσων.

Ὡς μὲν οὖν ἱκανῶς ἤδη αὐτῷ τὸ τεῖχος κατεβέβλητο
P. 207 ὥστε εἰσπεσόντας τοὺς νεήλυδας εἰσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, ἐκέ-
λευσεν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ἁπανταχῇ πυρὰ καίειν τὰ νενο-
μισμένα, καὶ τἆλλα ποιούμενος ὡς τῇ ἐπιούσῃ τῆς ὑστεραίας
τὴν προσβολὴν ποιησόμενος, καὶ τήν τε διαρπαγὴν καὶ ἐξαν-
δραποδισμὸν ἀνεκήρυττεν ἐς τὰ στρατόπεδα.

Λέγεται μὲν οὖν καὶ τόδε. ὡς τὸ τεῖχος ἐπεπτώκει ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, ὁ Σκενδέρεω τοῦ Σινώπης ἄρχοντος παῖς, Ἰσμαΐλης τοὔνομα, προσέφερε λόγους τοῖς Ἕλλησι περὶ σπονδῶν, λέγων τοιάδε. "ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὰ πράγματα ἕστηκε. τί οὐ πρέσβυν πέμπετε ὡς

secundo vento ferebantur in urbem. regiae naves et triremes pergunt quo iussae erant, primoque Graecam adoriuntur navem; quae propemodum capta fuisset, ni Ianuensium navis reversa laboranti navi subsidio venisset: nam maximo impetu ruebat in regias triremes. rex ex litore inclamabat suos, eosque iubendo et adhortando quo magis accenderet, interdum equo ingrediebatur mare. verum Graecorum naves inviolatae optatum contigere portum. at in eo certamine vulneratur oculus regii navarchi, cui nomen erat Pantogles, a suis, ut ipse testatus est coram rege; et manifesto asseverabat, ni vulnere fuisset impeditus, se facile navesin dicionem potuisse accipere. cum sic factum excusaret, supplicium quod minitabatur rex evasit. eos autem quos suspectos habebat rex, capi et in vincula duci iubet quas expetiturus poenas.

Murus cum iam satis esset disiectus, peregrinique facile penetrarent in urbem, iussit ignes solitos undique per castra fieri. caetera quoque ita instruebat quasi qui tertio ab eo die vi irrupturus esset in urbem. misso itaque praecone in castris pronuntiat se urbis praedam et mancipia militibus concessurum.

Interea cum haec parabantur, et murus bombardarum impetu iam dirutus esset, Scenderis, qui Sinopem regebat, filius, nomine Ismael, ad Graecos abiit, et cum eis in hunc modum orationem habuit. conabatur enim Graecos ad foedera sancienda cum rege perpellere. "res vestrae, viri Graeci, in summo discrimine nunc versantur. quare

βασιλέα περὶ εἰρήνης; ἣν γὰρ ἐμοὶ ἐθέλητε ἐπιτρέψαι, δια- B
πράξομαι ὑμῖν σπονδὰς γενέσθαι παρὰ βασιλέως, καὶ τὴν χά-
ριν οὖν εὖ οἶδ᾽ ὅτι καταθήσεσθε τῷ διαπραξαμένῳ ὑμῖν. ἢν
δὲ μὴ τοῦτο γένηται ὑμῖν, ἡ πόλις ἐξανδραποδιεῦται, καὶ ὑμᾶς
πασσυδεὶ βασιλεὺς διαφθερεῖ, καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ὑμῶν
ἐξανδραποδιούμεθα, καὶ συμφορᾷ κατασχεθήσεσθε ἀνηκέστῳ.
ἀλλὰ πέμπετε ὡς τάχιστα ἄνδρα πιστόν, ὃς ἂν ἐπὶ τὰς βα-
σιλέως θύρας ἀγαγὼν ἐγὼ διαπράξομαι ὑμῖν τὴν εἰρήνην."
ταῦτα ἔλεγε τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις. ἐδόκει δὲ πεμπτέα C
εἶναι ἄγγελον, ὅστις ἂν πύθηται τῆς βασιλέως γνώμης περὶ
σφᾶς ἧς ἐστί, καὶ οὕτω βουλεύσονται περὶ τοῦ συνοίσοντος
σφίσιν, ὅ τι εἴη ἄμεινον πειρωμένοις. ἔπεμπον δὲ ἄνδρα οὐκ
ἐπίσημον ὡς ἀποπειρασόμενον τῆς βασιλέως γνώμης. ἐπεὶ
δ᾽ ἀφίκετο ἐς τὰς θύρας οὗτος ἡγουμένου Ἰσμαήλεω, ἐκέλευε
βασιλεὺς δέκα τελεῖν αὐτῷ μυριάδας τοῦ ἐνιαυτοῦ· εἰ δὲ
μὴ τοῦτο οἷοί τε ὦσι ποιῆσαι, οἴχεσθαι ἀπολιπόντας τὴν πό- V. 162
λιν, ἀποφερομένους τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἕκαστος ὅποι ἂν βού-
λοιτο ἀπελθεῖν. ταῦτα ὡς ἀνηνέχθη ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἐβου- D
λεύοντο μὲν καὶ ἐδόκει ἀμύνεσθαι ἀνακινδυνεύοντας μᾶλλον
ἢ οὕτω ἀμαχητὶ ἐκλιπόντας τὴν πόλιν οἴχεσθαι ἀποπλέοντας.

7. ὡς T 11. ἧς] ἥ τις?

non mittitis legatum ad regem petitum pacem? si mihi vultis negotium istud committere, facile eo inclinabo regis animum ut vobiscum foedus feriat. nam non dubito quin gratiam maximam sitis relaturi ei qui illud effecerit. et ni quamprimum foedus intervenerit, urbs vestra foedissime diripietur, et vos ad internecionem omnes miserabilem in modum peribitis. uxores et liberi vestri in mancipiorum numerum referentur, et in calamitatem devolvemini intolerandam. mittite igitur, mora omnis absit, legatum ad regem, et pacem vobis conficiam." haec locutus est Ismael Graecis. deinde consilia in unum conferentibus visum est ut legatus abiret ad Mechmetem, tentaturus sententiam regis, quam super Graecis iam mente concepisset. is autem qui ad regem legatus ire iussus erat, haud erat vir admodum illustris et claro genere natus. quem, cum venisset ad ianuas regis opera Ismaelis rex iussit renuntiare Graecis ut tributi nomine quotannis decem myriades aureorum numerent. sin condicio haec ipsis impossibilis visa fuerit, abeant relinquentes urbem singuli cum bonis suis quocunque voluerint. sententia Mechmetis ut proposita est Graecis, ad consultationem vertuntur. tandem multis ultro citroque dictis ea sententia vicit, cuius tenor erat, magis repugnandum esse hosti, quamvis ingens discrimen se ostenderet, quam ignaviam imbellem sequi et nullo commisso praelio abnavigare, deserentes urbem. ego existimo legatum Graecorum cum huiusmodi responso ab

ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ βασιλέα ταῦτα προτεῖναι ἀποπειρώμενον τῆς Ἑλλήνων γνώμης. καὶ τὰ ὀρύγματα μᾶλλον αὐτῶν ἄπρακτα γενόμενα ἐπῆρε διαπειρᾶσθαι ὅ τε γινώσκοιεν περὶ σφῶν οἱ Ἕλληνες, εἴτε ἐχυρὰ εἴη αὐτοῖς τὰ πράγματα.

Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ἐς τοσοῦτον ἐξεφέροντο ἐς ὅσον μοι δεδήλωται· βασιλεὺς δέ, ὡς αὐτῷ τὰ ἐς τὴν προσβολὴν παρεσκεύαστο, συγκαλέσας τοὺς νεήλυδας ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες P. 208 νεήλυδες καὶ ἐμοὶ παῖδες, τὰ κάλλιστα ἀεὶ ὅποι ἂν στρατεύωμαι ἀριστεύοντες, ἐφ' ὑμῖν ἤδη ἐστὶν ἁλῶναι τήνδε τὴν πόλιν. ἴστε δὲ καὶ τόδε. ὁπότε ἐπειρώμην ὑμᾶς, ἐφάσκετε ἁλώσιμον εἶναι τὴν πόλιν, εἰ μόνον τὰ τείχη ὑμῖν καταβάλλοιμι. περιάγων δὲ ὑμᾶς ἐπηρόμην εἰ ἱκανῶς καταβέβληται ἤδη τοῦ τείχους· καὶ ἐς ὅσον ὑμῖν ἱκανῶς ἔχειν ἔδοξε, κατεβάλλετο. νῦν δὲ ἐπειδὴ ὥρα ἐστὶ τὴν προσβολὴν ποιεῖσθαι, τάδε προτίθεμαι. ὑμεῖς ἁπανταχῇ δόξαν παρὰ τοῖς προγόνοις καὶ ἐμοὶ εὐκλεῆ ἀνελόμενοι συγκατεργάζεσθε τὴν βασιλείαν B ἐμοί. ἴστε δὴ οὖν. ὅσαι ὑπαρχίαι ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τυγχάνουσιν ὄντα, τούτων τὴν βελτίω δώσω τῷ πρώτῳ ἀναβάντι ἐπὶ τὸ διάφραγμα. τιμήσω δὲ τοῦτον οἷα εἰκός, καὶ ἀμείψομαι, ἀρχὴν παρεχόμενος εὐδαίμονα, καὶ ἀποδείξω μακαριζόμενον ὑπὸ τῶν τοῦ ἡμετέρου γένους ἀνθρώ-

17. ὅσα ὑπάρχια P

Mechmete ad Graecos dimissum, ut eorum animos tentaret. nam cum fossas eorum cerneret usque fieri ad repugnandum inhabiles, conabatur explorare quaenam Graecorum in praesenti discrimine esset sententia; praeterea num res eorum adhuc aliquid roboris sive firmitatis haberent.

At Graeci in hunc modum quem diximus se gerebant. rex, cum omnia ad oppugnationem satis instructa et parata forent, convocatos peregrinos sic allocutus est. "viri peregrini meique filii, qui semper rem praeclare geritis, quocunque belli tempestatem vertero, in vobis certo situm est ut urbs illa occupetur. scitis, cum sententiam vos interrogarem, quod respondistis urbem captu esse facilem, si saltem muri sternerentur. circumductos igitur vos interrogavi, si satis iam muri dissipati videantur. tantum igitur muri quantum satis apparebat vobis, bombardarum impetu corruerat. nunc itaque cum tempus postulet ut oppugnationem urbis occipiamus, haec vobis proponere volui. vos qui ubique cum apud me tum apud maiores nostros semper plurimum laudis et gloriae rebus fortiter gestis invenistis, rogo Graecorum regnum parare velitis. haud vos praeterit quot nobis in Europa Asiaque praefecturae sint. harum et pulcherrimam et optimam ei dabo qui primus in supremum murum evaserit. eundemque pro dignitate honorare non cessabo. hanc autem ei gratiam referam,

πων. ὃν δ' ἂν αἴσθωμαι ἐν σκηναῖς ἀναστρεφόμενον καὶ μὴ μαχόμενον ἐς τὸ τεῖχος, οὐδ' ἂν εἰ πετόμενος κατὰ τὰ πτηνὰ ἀποδραίη, ἱκανῶς ἔσται αὐτῷ ἀποφυγεῖν, μὴ τὰ ἔσχατα παθόντι ἀποθανεῖν. ἴτε δὴ οὖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, κάλλιστόν τε καὶ ὀλβιώτατον· ἀνδράποδά τε γὰρ ἔσται ὑμῖν πολλοῦ ἄξια καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ πλοῦτος ἐν τῇ πόλει C πολύς." ταῦτα εἰπόντι τῷ βασιλεῖ οἱ δεκαδάρχαι καὶ λοχαγοί, οἳ καὶ πρότερον, ὡς ἐπεδείκνυτο τὸ τεῖχος αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς περιάγων, εἰ ἱκανῶς ἔχει εἰσπεσεῖσθαι ἔσω ἐς τὴν πόλιν, [καὶ] ἐκέλευον καταβάλλειν ἐς ὃ ἐδόκει αὐτοῖς ἱκανῶς ἔχειν, καὶ τότε δὴ θαρρεῖν τε αὐτὸν ἐκέλευον ὡς ἐς τὴν πόλιν ἀμεταστρεπτὶ ἐσπεσοῦνται, ᾐτοῦντο δ' αὐτὸν χάριν θέσθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας οὓς συνέλαβε διὰ τὸν ναύαρχον, ὅτι ἐν ὑπόπτῳ ἦσαν ὡς ἔτρωσαν αὐτὸν ἐς τὸν ὀφθαλμόν, χαρίσαιτο αὐτοῖς. ὁ δὲ ἐπείθετο καὶ ἀπέλυσε τοὺς ἄνδρας, χαρισάμενος τοῖς νεήλυσι. D

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐδόκει αὐτῷ προσβαλεῖν, ἔπεμπεν ἐς τὸ στρατόπεδον περιαγγέλλων ὡς ἕωθεν ἔσοιτο ἡ προσβολή, καὶ προηγόρευε δῶρα τῷ ἀριστεύοντι· τῷ μὴ μαχομένῳ δὲ θάνατος ἐπέκειτο ζημία. καὶ ζύγιδες δὴ ἐς τὰ στρατόπεδα περιιόντες ὑπεμίμνησκον τὴν νενομισμένην σφίσιν ἐπὶ τῇ τε-

ut a me accipiat principatum opulentum; et sedulo annitar ut plurimum ab nostri generis hominibus honoretur et celebretur. porro si rescivero, dum oppugnatio fervet, aliquem in tentoriis manere et muri oppugnationem refugere, is profecto, etsi instar volucris alas haberet, nunquam nostras, quo minus supplicium det, effugiet manus. ite igitur, pugnam istam et pulcherrimam et opulentissimam capessite. nam manent vos, quorum potiemini, in urbe ista mancipia plurima et pretiosa, mulieres et liberi, divitiaeque plurimae." haec dicentem decuriones et manipulorum ductores, qui ascensum muri, qua parte irrupturi erant, deiici bombardis iusserant, regem bono animo esse iubent, ut qui in urbem citra omnem tergiversationem sint procursuri. petebant autem ut rex ipsis hanc gratiam rependeret. in vincula duci praeceperat rex viros, quos suspicabatur victoriae navalis impediendae gratia gubernatoris oculum vulnerasse. hos vinculis eximi et impunitos dimitti flagitabant. rex peregrinorum preces haud est aversatus, verum ut iis rem gratam faceret, captivos carcere emisit.

Interea cum iam tempus, quo oppugnationem auspicaturus erat, instaret, per castra edici iubet se in crastinum matutino tempore oppugnaturum urbem. pronuntiat munera et dona ei qui in ista oppugnatione se optime gesserit: illi autem qui se praelio subtraxerit,

λευτῇ δόξαν, ὡς τοῖς τε μαχομένοις ὁ ἥρως ἐπαγγέλλεται εὐ-
V. 163 δαιμονίαν τοῖς τετελευτηκόσι, καὶ ἄλλα οἷα δὴ νομίζεται παρ'
P. 109 αὐτοῖς. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ἄνδρα Ἰανύϊον ἀφικόμενον ἐς
τιμωρίαν σφίσι σὺν νηΐ τε μεγίστῃ καὶ ὁπλίταις ὡς τριακο-
σίοις, ἐκέλευον ταύτῃ ἑστηκότα ᾗ βασιλεὺς καὶ οἱ νήλυδες
ἔμελλον ἐπεισπεσόντες βιάζεσθαι, ὡς ἐνταῦθα σὺν τοῖς ὁπλί-
ταις αὐτοῦ παρασκευάζοιτο ἀμύνεσθαι. καὶ αὐτός τε ἅμα
βασιλεὺς Ἑλλήνων οὐ πολλῷ διίστατο σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν
ὥστε ἐπαμύνειν. καὶ καρδινάλιος ὁ Ἰσίδωρος Σαρματίας, οὗ
πρότερον ἐμνήσθην, παρὼν τότε τοῖς Ἕλλησιν ἐπιμάρει πολε-
μουμένοις· παρεγένετο γὰρ ὡς ξύνοδόν τε ποιησόμενος καὶ
διαλλάξων τοὺς Ἕλληνας τῷ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ. ταῦτα μὲν
B οὖν ὀλίγῳ πρότερον αὐτῷ ἐπεποίητο, καὶ οἱ Ἕλληνες ὀψὲ γοῦν
ἐς διαλλαγὴν ἀφίκοντο τοῖς Ῥωμαίοις. βασιλεὺς δέ, ὡς ἐδό-
1453 d. 29 Mai κει ὥρα εἶναι προσβάλλειν ἕωθεν, (Ἄρεως δ' ἦν ἡμέρα), τά
τε κύμβαλα ἐσημαίνετο, καὶ οἱ αὐληταὶ καὶ οἱ σαλπιγκταὶ
ἐσήμαινον, ἕωθεν προσέβαλε, καὶ ἁπανταχῇ τῆς πόλεως κα-
θίσταντο ἐς μάχην οἱ βάρβαροι, καὶ προσβαλόντες ἐμάχοντο
ἰσχυρῶς. κατὰ μὲν τὸ ἐς λιμένα τεῖχος ἠμύνοντο οἱ Ἕλληνες
κράτιστα, καὶ ἐξεώσαντο τοὺς Τούρκους, καί πῃ κατὰ τὰς κλί-
μακας ἀναβάντων κεφαλὰς ἀπηνέγκαντο κρατύνοντες τὰ τείχη.

capitale supplicium praemium fore edicit. zichides in castra progressi in memoriam redigebant Turcis gloriam, qui hactenus claruissent. praeterea dicebant heroa iis qui in praeliis occumberent sempiternam polliceri beatitudinem. commemorabant et alia, ut gens illa assolet. Graeci virum Ianuensem, qui auxilio venerat cum nave maxima et trecentis armatis, eo loci cum suis consistere iubent, ubi rex et peregrini irruptionem facturi erant. ibi stantem cum suis armatis vim hostilem amoliri volebant. haud procul aberat rex Graecorum cum suis, ut quam fortissime hostes propulsaret. etiam cardinalis Isidorus, Sarmatarum antistes, cuius ante meminimus, Graecis, penes quos ea tempestate erat, auxilio fuit. aderat enim ut synodum congregaret et Romano pontifici Graecos reconciliaret. haec quidem paulo ante confecerat. at Graecis illa cum Romanis reconciliatio nimis sera extitit. rex Mechmetes cum tempus iam advenisset (erat autem Martis dies) ut oppugnationem universis copiis aggrederetur, cymbala cornua tubasque canere iubet, signumque occipiendae oppugnationis dedit. et urbem summo mane fortiter oppugnabant, irruentesque in urbem praeliabantur magna virtute. in eo muro qui portum spectat, Graeci fortissime resistebant Turcosque magnanimiter expellebant. etiam capita quorundam, qui scalis admotis murum superare conabantur, amputata de muro devolvebantur, cum Graeci

ἧ δ' αὐτὸς προσέβαλε βασιλεύς, οἱ νήλυδες ἐπεισπεσόντες ἐβιάζοντο τοὺς ὁπλίτας τῶν Ἰανυΐων. καὶ ὁ Λόγγος αὐτὸς C τιτρώσκεται τηλεβολίσκῳ ἐς τὴν χεῖρα, καί τινες ἄλλοι τῶν ὁπλιτῶν ἐπετιτρώσκοντο, καὶ ἐκλιπόντες τὴν χώραν ᾗ ἑστήκεσαν, αὐτίκα βιαζόμενοι εἰσέπιπτον, καὶ τούς τε ὁπλίτας τῶν Ἰανυΐων ἐτρέψαντο καὶ ἐπικείμενοι ἐφόνευον. ὁ μὲν οὖν Λόγγος ἀπεχώρει. εἵποντο αὐτῷ οἱ ὁπλῖται, ἐπιόντων σφίσι τῶν νεηλύδων. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἑλλήνων ὡς ᾔσθετο ἐκλιπόντας τὴν χώραν αὐτοὺς καὶ ἐνδιδόντας, ἀνέδραμε μὲν αὐτίκα καὶ ἤρετο τὸν Λόγγον εἴ ποι πορεύοιτο· τοῦ δ' αὖ φαμένου ὡς ταύτῃ θεὸς ὑφηγεῖται τοῖς Τούρκοις, αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς πρὸς Καντακουζηνὸν καί τινας ὀλίγους ἀμφ' αὐτὸν ὄντας τρα- D πόμενος ἔλεγεν "ἴωμεν, ἄνδρες, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τούσδε." αὐτός τε ὁ Καντακουζηνὸς ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθὸς ἐτελεύτησε. καὶ αὐτὸς ἐτράπετο, καὶ ἐπιόντες καὶ διώκοντες ἔτρωσαν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐτελεύτησεν. οἱ δὲ ἄλλοι Ἑλλήνων, ὡς εἶδον τοὺς νήλυδας ἐπὶ τὸ μέγα τεῖχος δραμόντας καὶ ἄνωθεν βάλλοντας τοξεύμασί τε καὶ λίθοις, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Λόγγον φεύγοντας, ἐπικειμένων τῶν νεηλύδων ἐτράποντο ἐς φυγήν, ἐκτός τις ἕκαστος προσκαταβάλλειν βουλόμενος ὥστε σώζεσθαι. ὡς δὲ ἐς τὴν πύλην ἀφίκοντο τὴν τοῦ P. 210

20. προκαταβάλλειν?

summa vi moenia defensarent. ea parte qua rex cum peregrinorum manu irruptionem fecit, Ianuenses armati vi submoti sunt. Longus horum dux vulneratus est manum, ictus bombardae globulo. reliqui armati haud mansere a vulneribus intacti. deserentes igitur locum quem occupaverant, Ianuenses in fugam vertuntur; quos fugientes caedebant Turci. Longus dux cedebat: dum sequebantur armati, quos hostili animo insequebantur Turci. rex Graecorum ut accepit Ianuenses cessisse loco quem defendendum susceperant, et fugam inire, accurrens citato gradu, Longum percunctatur quonam abiret. cui Longus respondit "ea qua Turcis deus ipse iter aperit." verum rex Graecorum ad Cantacuzenum et alios paucos conversus dixit "eamus, o viri, forti animo contra barbaros istos." Cantacucenus, cum fuisset vir optimus, in eo praelio mortem oppetiit. at rex Graecorum Constantinus in fugam coniectus est, hostesque continuo insequentes eius humerum vulnerarunt; atque mortuus est. reliqui Graeci ubi conspicati sunt peregrinos ad magnum murum cursitare, missilia et sagittas et lapides de supernis torquere, praeterea Longum cum suis armatis in fugam effundi, et insequi fortiter peregrinos, nec ipsi dubitarunt fugam arripere, cum singuli extra murum se iactare cuperent, ut evaderent hostium manus. cum fuga celeri essent delati ad Romani nuncupatam portam, impediti affluenti undique hominum

Ῥωμανοῦ καλουμένην, κατασχεθέντες ὑπ' ἀλλήλων αὐτοῦ
ταύτῃ ἔκειντο, καὶ ἐπιόντες αὖθις ἔπιπτον ἐς αὐτούς, καὶ
οὕτως ἐπαναβαίνοντες σπουδῇ ἐπειγομένους διαβαίνειν, σωρὸν
μέγιστον ζῶντες κατὰ τὴν πύλην ἐπεποίηντο, ὥστε μηδενὶ βά-
σιμα εἶναι ἐντεῦθεν. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως, ὡς πλεῖστοι, ἐν
οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο, ἐπειγόμενοι φθῆναι ἐς ἀλλήλους, ἔπι-
V. 164 πτον ἐς ἐκεῖνο τὸ θέαμα, καὶ τὰς πύλας κεκλεῖσθαι σώμασι
περιιόντων ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων. οἱ δὲ νεήλυδες ὑπερβάντες τὸ
μέγα τεῖχος (κατέρριπτο γάρ τοι καὶ αὐτοῦ μέγα μέρος ὑπὸ
B τοῦ τηλεβόλου) εἰσεχέοντο ταύτῃ ἐς τὴν πόλιν καὶ διήρπαζον
τὴν πόλιν, τραπόμενοι ὅποι ἑκάστῳ προχωροίη.

Οἱ δὲ Ἕλληνες πρῶτον μέν, ὡς ἡ φήμη διέδραμεν ὡς
ἑάλω ἡ πόλις, οἱ μὲν φυγῇ ὥρμηντο ἐπὶ τὸν λιμένα ἐς τὰς
ναῦς τῶν Οὐενετῶν καὶ Ἰανυΐων, καὶ πολλοὶ ἐς τὰ πλοιάρια
ἐσβάλλοντες σπουδῇ καὶ ἀκόσμως ἀπώλοντο καταδυομένων τῶν
πλοιαρίων. καὶ ἐγίγνετο οἷα δὴ γίγνεσθαι εἰώθει ἐν τοῖς τοι-
ούτοις θορύβοις, ἀτάκτως χωρούντων ἑκάστων ἐς τὸ διασώ-
ζεσθαι ἐν οὐδενὶ κόσμῳ. καὶ οὗτοι μὲν ἔφθησαν ἀποφυγόν-
τες τοὺς Τούρκους· οἱ δὲ πυλωροὶ τῆς πόλεως ἀγνωμοσύνῃ
κακοδαίμονι χρησάμενοι, ὡς ἑώρων τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὰς
C ναῦς τραπομένους, φυγῇ ὡρμημένους σώζεσθαι ἐς τὰς ναῦς,
οἰόμενοι ὡς εἰ ἐπικλείσαιεν ἐς τὰς θύρας, ἀναγκασθεῖεν οἱ Ἑλ-

8. περιόντων ἔτι? 9. κατέρριπτον P

turba humi cadebant. deinde alii accedentes per iacentes incedebant. in hunc modum ascendentes in eos qui ceciderant, studio transeundi magnum fecerunt acervum hominum, adeo ut nullus ea elabi posset. at sic nullo respectu habito periere plurimi, cum alius alium fuga praevenire festinaret, et in miserabile hoc veniebant spectaculum. portae quoque claudebantur oppletae corporibus Graecorum, cum per eas exitum quaererent vadentes. peregrini muro magno superato (nam et huius partem bombarda maxima diruerat) ea ruebant in urbem: quam diripiebant, euntes qua cuique liberum erat, nemine prohibente.

Graeci autem, ubi primum fama captam esse urbem volabat, fuga ferebantur in portum ad Venetorum et Ianuensium naves. plurimi naves cum summa celeritate ingressi intercidebant, navibus alto mersis. eaque contingere videbantur quae contingere solent in eiusmodi turbis, cum omnes nullo ornatu nulloque ordine susque deque currerent, ut semet ipsos servarent tutos ab imminenti periculo. et hi quidem Turcorum manus evitarunt. at urbis ianitores ignorantia et inscitia infelice usi, cum cernerent Graecos conversos in fugam ad naves properare et impetu in eos qui salutem consequerentur ruere,

ληνες ἐπιστραφέντες ἀμύνεσθαι, καὶ κατά τινα χρησμὸν ᾀδόμενον ἐν τῇ πόλει, ὡς τοὺς πολεμίους ἄχρι τοῦ Ταύρου χώρου τῆς πόλεως ἐπιγενομένων καὶ ἐπικειμένων τοὺς ἐν τῇ πόλει συστραφέντας ἀνάγκῃ ἀμυνομένους ἐκβαλεῖν τοὺς πολεμίους καὶ αὐτοὺς ἴσχειν τὴν πόλιν, ἐν ταύτῃ, οἶμαι, τιθέμενοι τῇ δόξῃ τὰς κλεῖς ἄνω ἀπὸ τοῦ τείχους ἔξω ἀπέρριψαν. οἱ δὲ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, πλῆθος πολὺ γενόμενοι ἐνταῦθα ἐπιρρεόντων αἰεὶ συχνῶν, ἐτράποντο ἐπὶ τοῦ μεγίστου νεὼ τῆς πόλεως, τῆς ἁγίας Σοφίας καλουμένης, καὶ ἐνταῦθα συνελέγοντο καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες. οὐ πολλῷ μέντοι D ὕστερον ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Τούρκων ἀμαχητί, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι ἐντὸς τοῦ νεὼ διεφθάρησαν ὑπὸ Τούρκων. ἄλλοι δ' αὖ τῶν Ἑλλήνων ἄλλῃ τῆς πόλεως τραπόμενοι ἐν ἀπορίᾳ τε εἴχοντο, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον οἱ μὲν ἀπώλοντο οἱ δὲ καὶ ἡλίσκοντο. καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοὶ ἐμαχέσαντο καὶ ἀπέθανον πρὸς τῆς πατρίδος, ὥστε μὴ ἐπιδεῖν τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τοὺς παῖδας εἰς ἀνδραποδισμὸν γινομένας. ὅτε καὶ Θεόφιλος τοῦ Παλαιολόγων γένους ταύτῃ ἐτελεύτησεν, ἀνδρικῶς ἀγωνισάμενος θανάτου ἕνεκα. καὶ P. 211 τῶν Παλαιολόγων οἱ μετοχιταῖοι, ὅ τε πατὴρ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, μαχόμενοι ἀπώλοντο. καὶ συχνοὶ τῶν ἀμφὶ βασιλέα Ἑλλήνων εὖ γεγονότες ἀπέθανον, μὴ ἀνεχόμενοι ἐπιδεῖν σφίσι

2. τῶν πολεμίων?

putabant, si eos clauderent intra urbem, fore ut cogerentur redire et redintegrare praelium cum hoste. id consilii suggerebat oraculum quoddam in urbe decantatum, fore videlicet ut cum hostes venissent usque ad civitatis locum Tauri dictum, et oppidanos persequerentur, oppidanos tum conversos, necessitate sic urgente, hostem expulsuros urbemque fortiter retenturos. huic oraculo arbitror fidem accommodantes ianitores claves de muro extra urbem iactasse. cum autem turba magna virorum et mulierum huc conflueret, tandem contendebant ad maximum urbis templum S. Sophiae dictum. huc congregabantur viri pariter et mulieres liberique. nec multo post capti sunt a Turcis citra praelium, plurimique viri intra templum a Turcis trucidati sunt. reliqui Graeci per urbem fuga dissipati, quo se verterent, ut effugerent praesens discrimen, nesciebant. haud multo post quidam eorum pecorum more trucidati, quidam capti sunt. plurimi Graeci cum forent viri boni, fortiter ciebant praelium, eligentes potius pro patria mori quam videre uxores et liberos praedam fore hostium. Theophilus exortus Palaeologorum genere fortiter dimicans in ea pugna occubuit. Palaeologorum socii, pater et filii eius, manus conserentes magno animo caesi sunt in eo praelio. complures Graeci

τὴν πατρίδα δεδουλωμένην. ἦν τε τὰ τῆς πόλεως ἁπανταχῇ πλέω ἀπολλύντων καὶ ἀπολλυμένων καὶ διωκόντων τε καὶ φευγόντων. καὶ ἀμφὶ τὸν Νοταρᾶν τοῦ βασιλέως ἁρμοστὴν καὶ Ὀρχάνη τὸν Μουσουλμάνεω υἱιδοῦν, ὡς αὐτοὶ ἔλεγον Ἕλληνες, τοιόνδε ἐγένετο. ὡς γὰρ ἐπυνθάνοντο ἑαλωκέναι τὴν πόλιν, ἀπέδρασαν ἐπὶ πύργον τινὰ τῆς πόλεως, ὡς ἐνταῦθα βουλευσόμενοι ὅτι ἅπαν σφᾶς δέοι τραπέσθαι. καὶ
B ἐνταῦθα γενόμενοι, Ὀρχάνη μὲν ῥάκια ἀμφιεσάμενον Ναζηραίου τινὸς ἔβαλεν ἑαυτὸν κατὰ τοῦ πύργου καὶ ἀπέθανεν, οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Νοταρᾶν πολιορκηθέντες ἑάλωσαν περὶ πλήθουσαν ἀγοράν, αὐτός τε ἅμα καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ.

Οἱ μὲν οὖν νεήλυδες αὐτίκα τὸ στρατόπεδον τοῦ βασιλέως ἐνέπλησαν καὶ γυναικῶν τε ἅμα καὶ παίδων τῶν περιφανεστάτων Ἑλλήνων, καὶ ὄλβον πολὺν ἀποφερόμενοι μέγα εὐδαίμονες ἐγένοντο. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ στρατόπεδον ἁπανταχῇ πλέων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀλλήλους ἐπιβοωμένων καὶ
V. 165 παίδων ἐκπεπληγμένων ταύτῃ τῇ συμφορᾷ. καὶ χρυσὸς μὲν πολὺς καὶ ἄργυρος ἐφορεῖτο τῆς πόλεως ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ λίθων εὐπορία ἦν, καὶ ἐσθήτων παντοδαπῶν πλέως ἡ χώ-
C ρα, ὥστε μιᾷ ἡμέρᾳ μέγα δὴ ὄλβιον γενέσθαι τοῦτο τὸ στρατόπεδον ἀπό τε ἀνδρῶν περιφανῶν καὶ πλούτου καὶ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας, ὥστε πολλοὺς μὲν οὐκ ἔχειν ὅ τι χρήσαιντο

6. ἐπέδρασαν P 7. ὅποι ἂν? 16. πλέον P

alii, qui latera regis stipabant, occisi sunt, nequaquam sustinentes videre patriam in servitutem hostium redactam. per universam urbem plena omnia erant caedentibus et caesis, fugientibus et persequentibus. Notarae regis praefecto et Orchani Mulsumanis nepoti, ut ipsi Graeci indicarunt, haec acciderunt. cum audivissent captam esse urbem, accurrerunt ad turrim quandam urbis, quasi hic deliberaturi an omnes fuga sibi consulere deberent. cum in hanc turrim advenissent, Orchanes obsitus pannis cuiusdam Nazaraei se ipsum praecipitem ex turri dedit, eoque casu mortuus est. Notares obsidione circumdatus, tandem in conferta hominum turba simul cum liberis in hostium potestatem venit.

Peregrini continuo regis castra mulieribus et pueris, qui erant Graecorum illustrium liberi, repleverunt; magnasque inde opes ferentes admodum opulenti facti sunt. videre erat regia castra plena viris et mulieribus se invicem vocantibus, necnon liberis ista calamitate admodum attonitis et perculsis. multum auri argentique ex urbe in castra portabatur; lapidum pretiosorum copia erat maxima. locus castrorum omnigenis vestibus repletus erat, adeo ut uno die ditarentur ista castra admodum insignium virorum divitiarum et caeterae

τῶν νεηλύδων τῇ παρούσῃ εὐδαιμονίᾳ. καὶ λίθους μὲν ἐξωνησάμενοι ὀλίγης τιμῆς, ἅτε μὴ εἰδότων τῶν νεηλύδων ὁπόσου αὐτὰ δέοι ἀποδόσθαι, μέγα ὄλβιοι ἐγένοντο, καὶ χρυσὸν ἔστιν ᾗ ἀντὶ χαλκοῦ φαίνονται ἀποδόμενοι οἱ νεήλυδες.

δίους μάλιστά πῃ τρισχιλίους, γένος τε ἓν ἐνοικεῖ, καὶ τῇ αὐτῇ φωνῇ διαχρώμενον, καὶ ἐπὶ μεσόγαιαν παρῆκον ἄχρι τοῦ Ἴστρου, παραμεῖβόν τε τὴν τοῦ Σανδάλεω χώραν, καὶ τοῦ ταύτῃ βασιλέως ἐχομένων αὐτίκα τῶν Τριβαλλῶν τε ἅμα καὶ Μυσῶν. μάλιστα δὲ συμβαλλόμενος ἔχω ἀποφαίνεσθαι διὰ τὸ ἐπὶ μέγα τὸ Ἰλλυρικὸν γένος χωρῆσαι δυνάμεως, καὶ ἐπὶ πολλὰ ταύτῃ σκεδασθῆναι τὴν Θρᾴκην, Ἰλλυριοὺς μᾶλλον τὸ γένος τοῦτο εἶναι ἢ Ἀλβανούς. συντίθεμαι δὲ καὶ ἐκείνοις ἔγωγε οἳ φάσκουσι τὸ Ἰλλυρικὸν γένος ἴσχειν αὐτῷ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς χώρας, διακεκρίσθαι μέντοι ὕπαρχον, ἄλλοτε ἄλλην φωνὴν ἀφιέμενον, ὥστε πολλὰ γένη αὐτοῦ, καὶ σφίσι διενηνοχότα πάμπαν ἐς τὴν φωνήν, λαχεῖν τοὔνομα τοῦτο D
Ἰλλυριοὺς καλουμένους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω μοι ἐς τοσοῦτον ἀναγεγράφθω· εἰ δὲ μὴ τοὔνομα αὐτὸ ἐς γένος τοῦτο

Thraciam perdomuisse, et Istro transmisso Sarmatiae regionem inhabitasse. sunt vero qui tradant eos a Scythis pulsos transiisse in regionem quae ultra Istrum colitur, et subacta Thracia ad sinum eum venisse, ibique sedes fixisse. miror autem quod sunt qui censeant Illyricos Albanos esse, quasi Illyrii, qui tenent sinum Ionii, processerint in hanc continentem et Aetoliam et Thessaliae regionem. caeterum universa illa regio ab Epidamno usque ad Carnerinm sinum complectitur spatium ter mille stadiorum. hanc regionem tenet hominum genus unum eadem lingua utens. porrigitur ab mediterranea se extendens usque ad Istrum, attingens Sandalis regionem, finitimis undique Triballis et Mysiis. haec autem dico, maxime hanc coniecturam secutus, quod constat Illyrios ad magnam potentiam devenisse et in multa loca per Thraciam esse dispersos. proinde magis credo eos potius Illyrios quam Albanos dicendos esse. assentior praeterea et illis qui Illyrios nomen ab regione traxisse asseverant. nam inter se divisi alii aliam in usu linguam habent. itaque cum plurima hominum genera ibi habitent linguae usu inter se diversa, reor istos id nominis esse sortitos, ut dicantur Illyrici. sed haec hactenus annotata de ista gente sufficiant; etsi quidam putent nominis rationem

ὀρθῶς εἴρηται, διὰ δὲ τὴν χώραν, ἣν ἐνοικοῦν φαίνεται τὴν Ἰλλυριῶν, ἄξιόν ἐστι φέρεσθαί οἱ τοὔνομα τοῦτο. καὶ μὴ
V. 221 νέμεσις εἴη οὕτω φρονοῦντι περὶ αὐτῶν· Ἀλβανοὺς γὰρ ἔγωγε μᾶλλόν τε τοῖς Μακεδόσι προστίθεσθαι ἂν λέγοιμι ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν· οὐδενί τε γὰρ συμφέρονται, ὅτι μὴ τὸ Μακεδόνων γένος. ἀλλὰ τούτων μὲν πέρι ἅλις ἔστω ταῦτα εἰρημένα, καλείσθω δέ μοι τῷ ὀνόματι τούτῳ, Ἰλλυριοί, οἱ περὶ τὸν Ἰόνιον οἰκοῦντες ἄχρις ἄκρας
P. 284 Ἰστρίας καλουμένης πρὸς τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου, ἀνεχούσης ταύτῃ ἐς τὸ πέλαγος, καὶ οἱ περὶ τὴν ταύτῃ μεσόγαιον οἰκοῦντες Ἰλλυριοί.

Ἐπὶ τούτων δὲ τὸν βασιλέα ἐστρατεύετο βασιλεὺς Μεχμέτης, ὅτι τὸν φόρον αὐτοῦ, ὡς ἐπ' αὐτὸν ἀφίκετο βασιλέως κῆρυξ κελεύων τόν τε φόρον ἀπάγειν ὅτι τάχιστα ἐς τὰς βασιλέως θύρας καὶ μὴ διαμέλλειν, συναγείρας τὸν φόρον, πέντε ὄντα μυριάδας στατήρων, καὶ ἐπιδείξας τῷ βασιλέως κήρυκι, ὡς ἕτοιμος μὲν εἴη ὁ φόρος καὶ ὡς παρεσκεύαστο, οὐ μέντοι γε προθυμεῖται ἐπιπέμποντα τῷ βασιλεῖ τὰ χρήματα στέρε-
B σθαι τούτων αὐτόν, οὐδὲ οἱ καλῶς ἔχειν, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἢν πολεμεῖν δέῃ [πολεμεῖν] τῷ βασιλεῖ πόλεμον ἐπαράμενον, ἄμεινον ἂν παρασκευάζοιτο ἐς τὸν πόλεμον, καὶ ἢν δέῃ ἀπαίροντα ἄλλην τινὰ στέλλεσθαι χώραν, ταῦτα ἔχοντα τὰ χρήματα ἄμεινον πράξειν. τὸν μὲν οὖν κήρυκα λέγεται ἐπει-

7. καλείσθων? 12. τοῦτον P

haud rectam me assignasse. verum propter regionem quam colunt, merito, ut mihi videtur, Illyrici appellantur. nec tamen invidia me comitetur, in hunc modum de his sentientem: nam Albanos potius Macedonibus adnumerari existimo quam alii in terrarum orbe genti. at de his satis. Illyricos igitur eam gentem nomino quae iuxta Ionium habitat usque ad summam Istriam, sic dictam regionem quae ad sinum excurrit in pelagus.

Adversus horum regem arma capiebat Mechmetes, quia tributum amplius ferre recusabat. nam regius praeco ad hunc accesserat, iubens ut quamprimum mora omni posita tributum in ianuas inferret. Illyricorum rex colligens tributum, quod, continebat quinque myriades staterum aureorum, idque praeconi ostendens, dicebat "tributum quidem collectum et paratum in promptu est. nec tamen mihi cordi est mittere regi tantas opes, et me planissime his privare. verum si bellum ab rege impenderit, bello me committam felicius, si tanta pecuniae affuerit vis. praeterea si ea necessitas me apprehenderit ut mihi in aliam sit migrandum regionem, fretus istis opibus vitam commodius exigere potero." regius praeco audiens istos sermones, respondisse fertur in hunc modum. "et qui-

πεῖν ἀκούσαντα τοὺς λόγους τούτους "ὦ βασιλεῦ τῆσδε τῆς χώρας, ἀλλὰ ταῦτα τὰ χρήματα καλῶς ἔχει παρά σοι εἶναι μὴ τὰς σπονδὰς παραβαίνοντι. ἢν δὲ διὰ ταῦτα παραβαίνων οἴει ἄμεινον πρᾶξειν, δέδοικα μὴ χεῖρόν σοι γένοιτο διὰ ταῦτα. σὺν γὰρ θεῷ καὶ ταῦτα ἔχειν τὰ χρήματα πολὺ ἄμεινον, καὶ σὺν τῷ θεῷ τούτων στέρεσθαι ἄμεινον ἢ ὑβρίζοντα C ἐς ἐκεῖνον πολλαπλάσια τούτων κεκτῆσθαι." ταῦτα ὁ κῆρυξ εἰπὼν ἀπήλαυνε παρὰ βασιλέα, καὶ ἀπαγγείλας τοῦ Ἰλλυριοῦ τὸν λόγον ἐπῆρε βασιλέα στρατεύεσθαι ἐπ' ἀμφοτέρους. ἦν δ' αὐτῷ τηνικαῦτα ἔλασις ἐπὶ τὸν Δακίας ἡγεμόνα, ἐξυβρίσαντα μεγάλως ἐς τὸν τοῦ βασιλέως οἶκον καὶ ἀνελόντα τοὺς πρέσβεις. ἀλλὰ τότε μὲν ἐλαύνοντι ἐπὶ Δάκας οὐκ ἐξεγένετο τίσασθαι βασιλέα Ἰλλυριῶν· τῷ δ' ἐνιαυτῷ τούτῳ, ὡς παρῆν αὐτῷ τὰ στρατεύματα ἐς τὴν Ἀδριανούπολιν ἀπό τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης, ἦρος ἐπιγενομένου ἐξήλαυνεν ἐπὶ D Ἰλλυριούς, ἐν νῷ ἔχων ἐσβαλεῖν καὶ ἐς τὴν Σανδάλεω χώραν. τὸν δὲ βασιλέα τοῦτον παῖδα ὄντα νόθον τοῦ πρότερον βασιλέως Ἰλλυριῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ διηνεγμένον ὡρμημένους ἐπὶ τὴν τῆς χώρας ἡγεμονίαν, καὶ διαπρεσβευόμενον ὡς βασιλέα, ἐπετράποντο αὐτῷ διαιτητῇ, ἐπέδειξέ τε τοῦτον βασιλέα τῆς χώρας, καὶ Ἰσαάκῃ τῷ Σκοπίων ὑπάρχῳ ὁμοροῦντί τε ἐς τὴν τῶν Ἰλλυριῶν χώραν, ὅπως αὐτῷ τιμω-

dem pulchrum et honestum erat opes istas in tuo dominio permanere, si non interim foederum religionem impie transgrediendo temerares: sin cupidine harum opum ductus foedera violare institueris, et inde tibi nescio quam felicitatem pollicitus fueris, vereor profecto ne contrarium eveniat. nam auctore deo possidere istas opes neutiquam malum duxero. praeterea iisdem opibus auctore deo exui longe optimum iudico, potius quam contumeliis et iniuriis afficere eum cuius praesidio eas acquisieris." his dictis praeco ad regem revertitur; exponensque quae acceperit ab Illyricorum rege, regem commovit ut contra ambos bellum susciperet. nam eodem tempore etiam ei bellum fuit cum Daciae principe, qui iniuriam maximam regiae familiae facerat legatis eius violatis et interfectis. caeterum sub idem tempus quo Dacos bello lacessebat, Illyrici regem ulcisci nequivit. verum isto demum anno, cum exercitus ab Europa et Asia Adrianopolim forent collecti, primo vere in Illyricos movit, in animo agitans et in Sandalis regionem irruere. hic rex fuerat filius illegitimus regis qui prius imperio temperaverat Illyricos; et cum discordiae atroces inter ipsum et fratres eius qui ad ducatum aspirabant exarsissent, miserunt legatos ad regem, eiusque arbitrio rem totam transigendam permiserunt, qui hunc regionis regem declaravit. Isaaco Scopiorum praefe-

ρῶν συνεπιλάβοιτο ἐς τὴν ἡγεμονίαν. καὶ στρατὸν αὐτῷ παρεχόμενος ἐπὶ τοὺς ἀδελφοὺς τήν τε χώραν ἐδῄου καὶ ἠνδραποδίζετο, καὶ αὐτὸν ἐς τὴν βασιλείαν καταστησάμενος ἐπολέμει τοῖς ἀδελφοῖς ἅμα τῷδε τῷ Ἰλλυριῶν βασιλεῖ. καὶ P.285 πλεῖστα δὲ ταύτης τῆς χώρας ἀνδράποδα ἀγόμενοι οἱ Τούρκων ταύτην ὅμορον οἰκοῦντες τὴν χώραν. πασῶν δὲ τῶν πόλεων ἀρχῶν, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἀνδράποδα ἔστε τὴν Εὐρώπην καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν ληισάμενοι διεβίβαζον. καὶ ἐξ ὅτου τὴν Σκοπίων ᾤκησε πόλιν, καὶ Ἰησοῦς ὁ Ἰσαάκεω παῖς ἐπιτροπεύων ὑπὸ βασιλέως ταύτην τὴν πόλιν, ὡς πλεῖστα, ὧν ἡμεῖς V.222 ἴσμεν, διὰ πολλοῦ χρόνου ἐληίζετο τὴν Ἰλλυριῶν χώραν, καὶ ἀποφέρεσθαι ἀνδράποδα ὅσα μὴ ἄν ποτε ἐλπίσαι ἐνεγκεῖν τὴν χώραν ἐκείνην. πυνθάνομαι δὲ τὴν χώραν διήκειν ἀπὸ τῆς Τριβαλλῶν χώρας καὶ Δοροβίκης ποταμοῦ ἐς τὴν Σανδάλεω χώραν καὶ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον, σταδίους ἐς ὀκτακο- B σίους τὸ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος ἐπὶ δισχιλίους μάλιστά ποι σταδίους παρήκειν τὴν χώραν ἐς τοὺς Παίονας καὶ ἐς Τριβαλλούς. καὶ ἀπὸ μὲν τῶν Τριβαλλῶν ἔχεται αὐτίκα ἡ χώρα τοῦ Ἰσαάκεω, μετὰ δὲ ἡ τοῦ Παύλου χώρα καὶ αἱ πόλεις παρατείνουσιν ἐς αὐτὴν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέως χώραν. ἐπολέμουν μὲν οὗτοι καὶ πρότερον τῷ βασιλεῖ, ὁτὲ μὲν ἐς τοὺς Τριβαλλοὺς ὁτὲ δὲ καὶ ἐς τοὺς Παίονας ταλαντευόμενοι,

cto, qui finitimus erat Illyricis, istum adiuvare iubet in acquirendo principatu. hic exercitum praebens contra fratres, eorum regionem evastabat, plurimis inde abstractis mancipiis. illo igitur rege pronuntiato bellum gerebat cum fratribus et cum Illyriorum rege. Turci qui finitimam circa tenebant regionem, plurima nanciscebantur mancipia. cum autem praedas agerent mancipiorum ex omnibus quas scimus urbibus, ea continuo in Europam et Asiam transmittebant. et ex quo rex coloniam in Scopiorum urbem deduxit, et Iosue Isaaci filius regis nomine eam administravit, plurima ab Illyrico mancipia sunt abducta et in Europam Asiamque translata, quorum numerus maior erat quam sperare potuisset ab ea regione. audio eam regionem, si quis longitudinem consideret, ab Triballorum regione et Dorobyza fluvio se extendere usque ad Sandalis regionem et ad Ionium sinum stadiis octingentis. latitudo vero regionis, qua excurrit ad Pannones et Triballos, complectitur duo milia stadiorum. a Triballis incipit regio Isaaci. hanc excipit deinde Pauli regio, cuius urbes se porrigunt usque in hanc regis Illyriorum regionem. hi quidem iam ante bellum gesserant cum rege, nunc quidem Triballis nunc vero Pannonibus adhaerescentes; et cum adducerent Turcos, regionem Illyrico affusam populabantur bellumque in Triballos avertebant. caeterum Triballorum princeps bello contra

καὶ ἐπαγόμενοι τοὺς Τούρκους ἐληΐζοντο τὴν Ἰλλυριῶν ὅμορον χώραν. καὶ πρὸς τοὺς Τριβαλλοὺς ἐπολέμουν, καὶ ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ἐκστρατευόμενος ἐπολιόρκει τὰς πόλεις, μετὰ δὲ ταῦτα σπεισάμενος εἰρήνην ἄγειν ἐς τούτους. καὶ Σανδάλης μὲν τούτοις καὶ πρότερον ἐπολέμει, καὶ ἐπαγό- C
μενος στρατὸν τοῦ βασιλέως ἐληΐζετο τὴν χώραν ἐκείνων. ὥστε μόνοι δὴ οὗτοι ἀλλήλοις φέροντες, καὶ ἐπαγόμενοι στρατὸν ἐπήλυδα τοῦ βασιλέως, μεγάλως δὴ ἔβλαπτον αὑτῶν τὴν χώραν, ἀνδραπόδων ὡς πλείστων ὑπὸ τῶν στρατῶν ἀπαγομένων ἑκάστοτε, καὶ φθειρομένης τῆς χώρας ἐς τὰ μάλιστα. τότε μὲν οὖν καὶ ὁ Ἰσαάκης καὶ ὁ Παῦλος συνθέμενοι συμμαχίαν τῷ Ἰλλυριῶν βασιλεῖ, διενοοῦντο καὶ αὐτοὶ πόλεμον ἀνελέσθαι τῷ βασιλεῖ, ἤν τι ἀπὸ Παιόνων καταλαμβάνῃ τοὺς Τούρκους.

Βασιλεὺς δὲ ὡς ἤλαυνε, διέβη μὲν τὸν Δοδοβίκην ποταμόν, ὅς τήν τε Τριβαλλῶν καὶ Ἰλλυριῶν χώραν διείργει, διαβὰς D
δὲ ἐπὶ Ἰλλυριὸν ποταμὸν ναυσίπορον ὄντα διέβη. ὁ δὲ πεζὸς στρατὸς ναυσίν, ἃς αὐτοῦ ναυπηγεῖσθαι ἐκέλευε. τοὺς δὲ ἵππους ἀφῆκεν ἐς τὸν ποταμόν, διαβῆναι τὰ στρατεύματα. ἐγένετο δὲ ὁ στρατὸς οὗτος τοῦ βασιλέως ἐς πεντεκαίδεκα μυριάδας ἱππέων. ὁ γὰρ δὴ στράτος οὗτος πλὴν τῶν νεηλύδων καὶ ἀζαπίδων, οἳ αὐτῷ παραγίνονται ἐς τὸν πόλεμον πεζοὶ ὄντες, καὶ ὅσοι ὑπουργῆσαι αὐτῷ τὰ ἐς χρείαν παρείη ἀχρεῖος ὅμιλος, ὁ λοιπὸς τοῦ βασιλέως στρατὸς ἱππεύει, μάλιστα δ'

7. ἀλλήλους? 24. δή?

hos suscepto urbes eorum obsidebat, et foedera cum iis pangens tandem se pacatum exhibebat. etiam Sandales hos antea bello appetiverat, et accito regis exercitu ipsorum agros evastabat. cum autem hi soli perpetuis inter se dissiderent odiis et regis peregrinos accerserent, propriae regioni plurimum calamitatis invexerunt. nam mancipia plurima belli iure subinde a militibus capiebantur et deportabantur. praeterea ea regio vel maximam experiebatur vastationem. eadem tempestate Isaacus et Paulus societatem facientes auxilium pollicebantur Illyriorum regi. nam constituerant et ipsi bellum indicere regi, si Pannones aliquid novi contra Turcos molirentur.

Rex in militiam profectus traiecit Dorobyzam (Drinam) fluvium, qui Triballos et Illyrios dirimit. progressus deinde venit ad Illyrissum (Crajevam) fluvium navigabilem, quem superavit pedestri exercitu transuecto navibus, quas ibidem fabricari iusserat. equos autem in flumine reliquit, donec copias transportaret· tum temporis in armis habuisse creditur rex quindecim myriades equitum, praeter peregrinos et azapides pedestre robur, qui eum in id bellum sequebantur. aderat et

ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. ἄγονται δὲ καὶ ὑποζύγια πολλα-
P. 286 πλάσια, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. ὡς δὲ τὸν Ἰλλυ-
ριὸν διαβὰς ἐσέβαλεν ἐς τὴν χώραν, πρῶτον μὲν ἐπὶ Δοβο-
βίκην πόλιν ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ καταστὰς ἐπολιόρκει. ἡ δὲ πόλις
αὕτη οἰκεῖται ἐρυμνὴ οὖσα ἐπὶ ὑψηλοῦ ὄρους. τηλεβόλοις
δεδιττόμενος τοὺς ἐν τῇ πόλει, ὑπτίοις τε καὶ τοῖς ἴσοις, πα-
ρεστήσατο τὴν πόλιν. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ κατέλιπε, τὸ δὲ δω-
ρησάμενος Τούρκων τοὺς ἀρίστους τὸ τρίτον ἀπέπεμψεν ἐς
Βυζάντιον. ἀπὸ δὲ Δοβοβίκης αὐτίκα ἐκέλευε Μαχουμούτη
ἐπιλεξάμενον τοὺς τῆς Εὐρώπης ἀρίστους προϊέναι ἐς τὸν
B χῶρον ἐς ὃν ἂν πυνθάνοιτο τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα διατρίβειν,
πρὶν δὴ τὰ βασίλεια ὑφ' αὐτὸν ποιήσασθαι. οὗτος μὲν οὖν
λαβὼν τούτους ἤλαυνε κατὰ κράτος ἀναβῆναι διὰ τοῦ ποτα-
μοῦ. ἐλθὼν δὲ ἐς Γαϊτίαν καὶ πυθόμενος ὡς βασιλεὺς προΐοι,
διαβὰς τὸν ποταμόν, ἐπὶ Κλιτίαν πόλιν οὐδὲν ἐπισχὼν δρό-
μῳ ἀνέβη, ᾗ τὸν ποταμὸν εὗρεν ἐς τρία γενόμενον, καὶ δια-
βὰς ἀφίκετο ἐπὶ Κλιτίαν δευτεραῖος. βασιλεὺς δὲ ἄρας ἐν-
V. 223 τεῦθεν ἀφίκετο ἐπὶ Γαϊτίαν, τὰ Ἰλλυριῶν βασίλεια. καὶ ὡς
ἐπέλασεν, αὐτίκα ἥ τε πόλις προσεχώρησε καθ' ὁμολογίαν·
C ὡς γὰρ Δοβοβίκην ἐπύθοντο ἁλῶναι ὑπὸ βασιλέως, πασῶν δὴ
ὀχυρωτάτην, αὐτίκα αἱ λοιπαὶ πόλεις καθίσταντο ἐς φόβον

7. τῷ?

alia hominum multitudo inutilis ad arma; quae propterea comitabantur regia castra, ut si quid opus esset, militibus inserviret. reliquus interim exercitus equitibus constat. nec tamen gens est, ut supra edocuimus, quae plura iumenta in expeditiones ducat. transito Illyrisso impetum in regionem hostilem dedit; et aggressus Dorobizam urbem (Babicsa Ocsak), eam omni machinarum genere oppugnabat. urbs haec est sita in excelso monte, quapropter natura loci munitissima perhibetur. At rex expediens bombardas et mortaria, non cessabat terrorem iniicere oppidanis, et tandem urbe potitus est. partem hominum, quos ibidem indeptus erat, in ea urbe reliquit; parte donavit Turcorum optimates; tertiam partem Byzantium transtulit. Mechumetem iussit deligere Europae exercitus robur, atque festinare citato agmine in eum locum in quo acceperat regem Illyriorum morari, antequam regiam sibi subiiceret; qui impigre iussa capessens, summa celeritate adhibita, flumen transgressus est. veniens Gaitiam (Iaicsam) accepit regem proficisci traiecto flumine in Clitiam urbem (Kliucs). is igitur nihil remittens de cursu, transivit fluvium (Verbacs), qua eum in tres alveos divisum cognovit. hoc superato Clitiam venit, die secundo. rex sublatis signis Gaitiam contendit, regni sedem Illyrici. quo ubi pervenit, urbs illico condicionibus seu pactionibus in dicionem regis venit. nam ubi fama increbuit Dobobicam esse captam a rege, quae urbium totius regni longe erat munitissima, reliquae urbes illico ter-

καὶ ὥρμηντο αὐτός τις ἕκαστος φθῆναι, βουλόμενος βασιλεῖ χαρίζεσθαι προσχωρῶν. οἱ μὲν οὖν ἐν Γαϊτίᾳ, ὡς βασιλεὺς ἀγχοῦ ἐπέλασε, τοὺς προεστῶτας ἡ πόλις πέμψασα βασιλέα παρεδίδου τε σφᾶς, καὶ ἠξίουν πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια. καὶ συνεχώρει μὲν αὐτοῖς ἅττα ἠξίουν σφίσι συγχωρηθῆναι ὑπὸ βασιλέως· μετὰ δέ, ὡς τὴν ἀκρόπολιν παραλαβών, φρουρὰν ἔφαινεν ἐν αὐτῷ, παῖδάς τε τῶν ἀρίστων ἐπιλεξάμενος ἑαυτῷ τε καὶ περιεξελόμενος καί τινας τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διένειμε. ταύτην μὲν οὖν τὴν πόλιν ὡς αὐτίκα παρέλαβεν, ἐκέλευσε Μαχουμούτῃ D τὸν τῶν θυρῶν ἡγεμόνα, ἀναλαβόντα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατόν, ἐλαύνειν ὅτι τάχιστα ἐπὶ τὸν βασιλέα τῶν Ἰλλυριῶν· ἐπυνθάνετο γὰρ ἐν τῇ πόλει τῆς Γαϊτίας, ἀπεχούσῃ ἡμερῶν πέντε ὁδόν, διατρίβειν καραδοκοῦντα ᾗ ἐκχωρήσει τὰ Ἰλλυριῶν πράγματα. ἡ δὲ πόλις αὕτη, ἐν ᾗ ἔμενε βασιλεύς, καλεῖται Κλιτίη, καὶ ἀδελφοῦ αὐτοῦ παῖδα ἀμφὶ τὰ τρισκαίδεκα ἔτη γεγονότα, διατρίβειν ἐπηγγέλλετο Μαχουμούτῃ. λαβὼν μὲν οὖν τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν δευτεραῖος ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν ποταμὸν P. 287 . . . . τοὔνομα, ναυσίπορον, ᾧ δὴ μάλιστα θαρρῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ναυσιπόρῳ τε ὄντι, καὶ μεγάλων νεῶν τε οὐκ ἐνουσῶν τῷ ποταμῷ, οὐκ ἄν ποτε ᾤετο διαβάντας τὸν ποταμὸν ἐλάσαι ἐπ' αὐτόν. ὡς δὲ ἐνταῦθα ἐπέλασεν ὁ στρα-

13. ἐγχωρήσει P

ritae in diversum abripiebantur, et quilibet pro se sedulo contendebat ut prior deditionem faceret, sperans se in hunc modum non parvam gratiam apud regem initurum. Iaitiae cives, cum appropinquasset rex, continuo primores civitatis obviam miserunt, dedentes sese et sua regi. orabant autem regem ut ipsis permitteret patrio et solito more rem publicam administrare. rex preces eorum non aversatus est, verum continuo, quod petiverant, praestitit. deinde etiam arcem in deditionem accepit, quam praesidio imposito suorum firmavit. elegit sibi optimatum filios: dehinc quosdam delegit, quos donavit iis qui secum erant. ubi primum ea urbs in dominium concessit regis, negotium datum est Machumeti ianuarum duci ut accepto Europaeo exercitu summa celeritate pergeret adversus Illyriorum regem. nam audierat eum morari in ea urbe quae distabat ab Iaitia itinere maxime quinque dierum, expectantem quonam res Illyriorum essent evasurae. eius autem urbis quae regem Illyriorum tenebat, nomen erat Clitia. etiam fratris eius filium, agentem annum decimum tertium, ibidem cum rege conversari nuntiatum erat Machumeti. hic assumens, ut iussus erat, exercitum secundo die attigit flumen cui nomen est * * * * is fluvius navium erat patiens, et spem omnem in eo sitam ponebat rex Illyriorum. nam cum nullae naves magnae praesto essent, putabat regem nunquam eo audaciae progressurum ut

τὸς ἐς τὸν ποταμόν, ἐνταῦθα ἐπισπεύδων Μαχουμούτης τοὺς τοῦ στρατοπέδου ἀρίστους, ὥστε διαβάντας τὸν ποταμὸν ἔργον μέγα ἐργάσασθαι βασιλεῖ, συλλαβόντας Ἰλλυριῶν βασιλέα, ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Τοῦρκοι, νῦν τις ὑμῶν ἕκαστος αὐτῶν φανήτω ἀνὴρ ἀγαθός, ποταμὸν τόνδε πεζῇ διαβάς· οὐ γὰρ B μελήσει αὐτῷ τινὶ πρώτῳ διαβάντι μὴ μέγα τι ἀποίσεσθαι παρὰ βασιλέως." ταῦτα εἰπόντος ἐπειρῶντο διαβαίνειν οἱ τοῦ βασιλέως. ἐνταῦθα δὴ πρῶτος λέγεται Ὀμάρης ὁ Τουραχάνεω παῖς, Θετταλίας ὕπαρχος, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐλαύνοντες εἰσέπεσον ἐς τὸν ποταμόν, καὶ βραχύ τι διανηχόμενοι διέβαινον, καὶ ὁ λοιπὸς ἅμα στρατὸς αὐτίκα διέβαινε. διαβάντες δὲ αὐτίκα ἐπέδραμον χώραν, ὥστε τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα δείσαντα, μὴ ἐς φυγὴν τραπόμενον ἐπεισπεσόντες οἱ ἱπποδρόμοι καταλάβωσι, καὶ ἐπὶ κίνδυνον ἔλθωσιν. εἰ δὲ αὐτῷ μὴ ληφθείη, οἰχόμενος ἀνασώζεται ἐς πόλιν αὐτοῦ τινά, ὄνο- C μα Κλιτίη. καταφυγὼν δὲ πολιορκεῖται ὑπὸ Μαχουμούτεω. ἡ δὲ πόλις οἰκεῖται μὲν ἐν χωρίῳ τινὶ ἑλώδει. καὶ ἕλη παρ' αὐτὴν μεγάλα, διὰ πολλοῦ διατείνοντα, ἐχυρὰν ποιεῖ καὶ οὐ βάσιμον. τότε δὲ ὑπὸ καύματος ἀποξηρούμενόν τε ἦν τὸ χωρίον ἅπαν. καὶ ἐπελάσας ὁ στρατὸς ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, καὶ κάλαμον, ὃς ἄφθονος ἦν παρὰ τὴν πόλιν, ἐπιπίπτοντες διεφόρουν ἐς τὴν τάφρον ὡς πῦρ ἐνήσοντες ἐς τὸν κάλαμον

18. διατείναντα P

id transiret, quo secum bellum gereret. ut autem cum copiis ad flumen Machumetes accessit, mire festinando, cohortari non abstitit exercitum et exercitus duces, ut transgrederentur flumen, regique opus pulcherrimum efficerent, capientes videlicet Illyriorum regem. sic autem locutus fertur. "viri Turci, nunc quilibet vestrum fac vir fortis appareat, atque pedes flumen hoc transeat. neutiquam enim mihi dubium est quin maxima et splendida munera maneant eum, quae ab rege accipiet, qui primus flumen superarit." his dictis, regii milites maximo studio conabantur transgredi flumen. ibi tum primus, ut traditur, Omares Turachanis filius, Thessaliae praefectus, cum suis irruit in flumen; qui paululum modo natantes flumen superarunt. hos secutus est, pari successu usus, et reliquus exercitus. egressi flumine illico invasere agros. hinc rex Illyricorum timens ne, si in fugam verteretur, equitum adventu oppressus in maximum periculum veniret, se recepit, ut incolumis praesens discrimen evaderet, in urbem quandam eo loci sitam nomine Clitiam. verum Machumetes cum exercitu superveniens eam urbem obsidione circumdedit. urbis eius situs est in loco palustri, et in circuitu paludes visuntur longe lateque, quae urbem munitam et aditu difficilem praebent. eo tempore locus ille universus solaribus radiis exustus exaruerat. caeterum his

καὶ διὰ τοῦ πυρὸς αἱρήσοντές τε τοὺς ἐν τῇ πόλει, βίᾳ ἄκον- V.224 *τας ἐς ὁμολογίαν παραστησόμενοι. ταῦτα μὲν εἰσορῶντες οἱ τοῦ Ἰλλυριοῦ στρατιῶται καὶ οἱ τῆς πόλεως, καὶ οἰόμενοι μὴ ἂν δυνήσεσθαι ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν πολιορκούμενοι, προσέφε-* D *ρον λόγους τῷ Μαχουμούτῃ ὡς σφᾶς τε αὐτοὺς παραδώσοντες, καὶ ἐφ' ᾧ βασιλέα σφῶν αὐτῶν μηδ' ὁτιοῦν χαλεπὸν πείσεσθαι ὑπὸ βασιλέως, προσχωρῆσαί τε, ἢν ὅρκια γένοιτό οἱ ἐφ' ᾧ ἀγαθὸν μέν, χαλεπὸν δὲ μηδὲν ὑποστῆναι ὑπὸ Τούρκων. ταῦτα προϊσχομένου τοῦ Ἰλλυριοῦ ἐδέχετό τε ὁ Μαχουμούτης καὶ ἐσπένδετο. ὅρκιον δὲ αὐτῷ ποιησάμενος ἐφ' οἷς προυτίθετο, τόν τε βασιλέα ἐξιόντα ἐκ τῆς πόλεως, παρέλαβέ τε τὴν πόλιν, καὶ τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει ἐς τρία διελόμενος τὸ μὲν αὐτοῦ κατέλιπε, τὸ δὲ αὐτὸς σὺν καὶ τοῖς ἀρίστοις* P. 288 *διανειμάμενος, τὸ τρίτον ἀπάγων τῷ βασιλεῖ ἐδωρήσατο. οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ἑάλω ἐν Κλιτίῃ, καὶ ἀδελφοῦ τε ἅμα αὐτοῦ παῖς, ἀμφὶ τὰ τρισκαίδεκα ἔτη γεγονώς.*

Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ πρότερον ἔφθη ἐς Ῥαγούζιον πόλιν τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον διαφυγοῦσα, καὶ πλοῦτον πολὺν ἀπενεγκαμένη οἴχεσθαι γνώμῃ τοῦ ἀνδρός. ἡ δὲ πόλις αὕτη ᾤκισται μὲν ὑπὸ τῶν ταύτῃ Ἰλλυριῶν, ἀνδρῶν ἐπιφανῶν ἐς ταὐτὸ συνιόν-

14. *ἐπάγων* P

nihil moti milites Machumetis accedunt, eamque obsidione circumveniunt. arundinem, quae plurima ibi enata erat, excindentes comportabant in fossam, ut igne deinde iniecto vel vi tandem etiam invitos oppidanos in dicionem redigerent. haec parari cernentes cives urbis et Illyrii milites, credentesque se non diu posse resistere viribus Turcorum, legatos ad Machumetem mittere decernunt, orantes ut in deditionem acciperentur; petentes praeterea ut regi veniam daret, qui ipse se dediturus sit, si iurisiurandi religio interveniat; qua intercedente in spem erigatur, se nihil mali ab Turcis passurum. Machumetes Illyrici preces haud abnuit. foedus est ictum, iusiurandum est datum, quemadmodum oraverant Illyrii. tandem cum urbe egressus esset rex, urbem occupavit. homines qui in urbe erant, in tres partes secrevit. unam ibidem morati iussit; alteram inter optimates suos distribuit; tertiam adduxit ad regem et ei dono dedit. in hunc modum Illyrici rex captus est Clitiae una cum fratris filio, qui haud dum impleverat aetatis annum decimum tertium.

Uxor regis iam ante se contulerat Rhagusium, quae est urbs iuxta Ionium, ut praesenti discrimini subtraheretur. plurimas eo convexerat opes consilio viri. eam urbem incolunt Illyrici admodum illustres, qui eo convenere. et cum disciplinae sanctitate animi ipso-

των, καὶ ἀλλήλοις τε ἐπὶ πολὺ συμφερόμενοι, τήν τε πόλιν B ἐδείμαντο ὀχυρὰν καὶ τείχη περιεβάλλοντο καρτερά. ἐμπορίαν δὲ τήν τε κατ' ἤπειρον καὶ τὴν ἐς τὸ Ἰόνιον μετιόντες, ἐπὶ μέγα πλεῖστον ταύτῃ πόλεως ἀφικομένη, μάλιστά τε ἅμα καὶ εὐνομήθη ἐς ἀριστοκρατίαν διιθυνομένη, οἰκοδομίαις τε κοσμοῦντες τὴν σφῶν πόλιν, ἀμυδρὰν μέν τινα οὖσαν, ἀγαθὴν δὲ ἐς ἄνδρας φέρεσθαι ἀγαθοὺς τὰ ἐς σύνεσιν. ὁμορεῖ μὲν οὖν αὕτη ἡ πόλις τῇ Σανδάλεω χώρᾳ, καὶ πόλεμον ἀναιρουμένη αὐτῷ ἔχετο ἐς διαφορὰν καὶ ἐπολέμει. τὴν μὲν οὖν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἐπιφερόμενον τὸν Σαν-C δάλην ἀδίκως ἀναγκάσαι σφᾶς ἐς τὸ πολεμῆσαι. τὸν μέντοι παῖδα τούτου, νεανίαν οὐκ ἀγενῆ σὺν τῇ μητρὶ καταφυγόντα· ἐς Ῥαγούζιον, καὶ μὴ οὐκ ἐκδιδόντας ἐξαιτουμένῳ αὐτούς, πόλεμόν τε ἐπήνεγκε καὶ τὴν γῆν ἔτεμεν. οὗτοι μὲν οὖν τὸν παῖδα αὐτοῦ στρατηγὸν ἑλόμενοι, καὶ χρήματα παρεχόμενοι ἄφθονα, ἐπολέμουν τῷ Σανδάλῃ διαφέροντες τὸν πόλεμον. τὴν δὲ αἰτίαν ταύτῃ φασίν, ἀφ' ἧς ὅ τε παῖς αὐτοῦ καὶ ἡ γυνὴ φεύγοντες ἀπηλλάσσοντο ἐς ταύτην τὴν πόλιν. γυναῖκά τινα τῷ εἴδει εὐπρεπῆ λεγομένην, τὸν δὲ βίον ἀκόλαστον οὖσαν, παραγενομένην ἀπὸ Φλωρεντίας τῆς Ἰταλίας ἐς τὴν ἑαυτοῦ B χώραν, ὡς ἐπυνθάνετο τὰς ἐν Φλωρεντίᾳ γυναῖκας κάλλει

4. ἐπὶ μέγιστον τῶν ταύτῃ πόλεων?

rum facile coalescerent, et discordia omnis submota foret, eam admodum emunierunt validissimis undique obiectis muris. et proficiscentes in continentem et Ionium mercium gratia, brevi urbem opibus haud contemnendis auxere. habet, a quibus regitur, leges optimas et saluberrimas, et in aristocratiam versa administratur. cives magnificis aedificiis urbem hanc exornarunt, quae quidem quamvis obscura fama feratur, tamen celebris habetur producendo viros prudentia insignes. ea urbs finitima est Sandalis regioni. cum hoc bellum urbi fuit. verum, ut mihi videtur, discordiarum causam parum iuste Sandales seminavit, eosque invitos arma capere coegit. nam uxor Sandalis una cum filio adolescente propter mariti improbitatem Rhagusium confugerat. Sandales Rhagusios missis legatis rogarat ut redderent uxorem et filium, quibus non admittentibus preces bellum indixit. Rhagusii filium Sandalis communi sententia ad id bellum imperatorem eligunt; suggerentesque magnam pecuniae vim, fortiter bellum ab Sandale illatum propulsare satagerunt. causam quae impulit matrem et filium, ut Rhagusium se reciperent, hanc tradunt. mulier quaedam excellenti forma, caeterum lascivior quam par erat, in Sandalis regionem ab Florentia Italiae venerat. cum audivisset Sandales mulieres Florentinas tum formae venustate tum prudentia facile inter omnes primas esse, eius mulieris visendae cupidus eam

πολλῶν διαφερούσας καὶ συνέσει, ἐκάλεσέ τε ἐς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ, ἰδεῖν τε ἱμειρόμενος, καὶ ὡς ἐθεάσατο ὡς καλλίστην εἶναι, ἠράσθη τε τῆς γυναικός, καὶ ἐρασθεὶς μετ' οὐ πολὺ συνεγένετο καὶ τῷ ἔρωτι χαλεπῶς ἐλαμβάνετο καὶ συνῴκει τῇ γυναικί, καὶ δυσανασχετῶν ἤδη τῷ ἔρωτι τῆς γυναικὸς ὀλιγώρει τε ἅμα καὶ ἠμέλει τῆς ἑαυτοῦ κουριδίης γυναικός. τὴν δὲ γυναῖκά φασι τῶν ἐμπόρων ἐσομένην ἀπὸ Φλωρεντίας ἀφῖχθαι ἐς τὴν χώραν. ταύτῃ μὲν οὖν συνοικῶν ὁ Σανδάλης V. 225 τῇ γυναικὶ ἐπαχθὴς ἦν καὶ ἀφόρητος. δι' ἃ δὴ οὐκ P. 289 ἀνασχομένη ἐπὶ παιδὶ νεανίᾳ τοιαῦτα ἀνέχεσθαι, δεινὰ ποιουμένη μετὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς κρύφα ἐς τὴν Ῥαγουζίου πόλιν ἀπηλλάσσετο. οὗτος μὲν οὖν διαπρεσβεύσας ἠξίου ὑποστρέφειν ἐς τὴν χώραν αὐτοῦ καὶ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ διατρίβειν, αἶσχος ὂν τόδε ἐπιφέρειν ἐς τοὺς ἀνθρώπους. ἡ μὲν οὖν γυνὴ οὐκ ἐπείθετο, οὐδ' ὑποστρέφειν ἔφασκεν, ἂν μὴ τὴν γυναῖκα ἀποπέμψηται ἐς Φλωρεντίαν, ἢ αὐτῇ παρ' αὐτῷ χρήσηται ὡς ἂν βούληται. ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγεται, τὸν δὲ παῖδα αὐτοῦ διενεχθέντα καὶ ὑπὸ Ῥαγουζίων στρατηγὸν B καταστάντα πολεμεῖν τῷ πατρί, μαχεσάμενόν τε τῷ πατρί, οἷα ἀμυνόμενον ἐς τὴν φύσιν, τρέψασθαί τε αὐτὸν πατέρα καὶ συχνοὺς ἀνελόντα τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ, ἀθέμιτα προσφερόμενον τῷ πατρὶ αὐτοῦ καὶ ὑπεναντία τῆς δίκης. ἐπρε-

ad se vocari iubet. quae ubi in conspectum venit, eo quod pulcherrima esset, Sandales uxoris amore satiatus eam sprevit. nec multo post amore peregrinae amens et ardens cum ea concubuit, plurimum amore aestuans. adhaerescens autem peregrinae mulieri, uxori admodum molestus erat; quam despiciebat et prorsus negligebat. mulier autem illa erat mercatorum Florentinorum, et in hanc regionem appulerat. conversans itaque plurimum cum hac muliere' infensus et molestus erat suae uxori. uxor non ferens amplius hasce indignitates, maxime propter filium suum adolescentem, una cum eo clam Rhagusium profugit. Sandales missis legatis uxorem rogabat ut reverteretur in suam regionem, nec in aliena degeret, vulgans opprobrium suum in homines. at uxor non obtemperabat verbis mariti, sed in hunc modum respondit, se non redituram, nisi dimittat mulierem illam Florentinam. quod si facere omiserit, fruatur peregrina muliere ad libitum. haec quidem ad eum modum contigisse memorantur. filius inimicitias gerens cum patre, et belli dux a Rhagusiis pronuntiatus, bello adortus est patrem, praelioque inito patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga caesis, certe in patrem impia et nefaria ausus. mittebat is frequenter legatos ad regem, consulens ut iunctis copiis Illyriorum regem debellarent. tandem

σβεύετο μὲν οὖν καὶ οὗτος θαμὰ ὡς τὸν βασιλέα συνεξελεῖν τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα, καὶ στρατὸν ἐπῆγε Τούρκων, καὶ ἐκάκου τὴν χώραν. τότε ὡς ἐπιὼν ὁ βασιλεὺς ἐπηγγέλλετο ἐπὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν, παρεσκευάζετο καὶ αὐτός, ὡς ἦν τι δύναιτο ἀμυνόμενος, ἢν ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐσβάλλῃ ὁ τοῦ βασιλέως στρατός.

C Ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου, ᾗ πρότερόν μοι ἐδεδήλωτο ὡς ἐπεὶ τὸν βασιλέα παρέλαβε Μαχουμούτης ὁ Μιχαήλου, σὺν τούτῳ περιιὼν τὰς ἄλλας πόλεις ἐπεδείκνυτό τε τὸν βασιλέα, καὶ προσεχώρουν. ὁ μὲν δὴ Μαχουμούτης ἀμφὶ τὰ τοιαῦτα εἶχεν, Ὀμάρη δὲ τὸν Τουραχάνεω πέμπων ἐπὶ τὰς λοιπὰς τῆς Ἰλλυριῶν χώρας πόλεις, αὐτὸς ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ βασιλέως στρατόπεδον. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἤχθετό τε τῷ ὅρκῳ καὶ ἐχαλέπαινεν, ὡς οὐκ ἐν δέοντι ποιήσαιτο τὸν ὅρκον τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰλλυριῶν, τὸν μέντοι βασιλέα ἐς φυλακὴν ποιησάμενος περιῆγεν ἐλαύνων διὰ τῆς Σανδάλεω χώρας· ἐς γὰρ τὴν Ἰλλυριῶν τὰ μὲν αὐτὸς βασιλεὺς D καταστρεψάμενος ὑπηγάγετο, τὰ δὲ Μαχουμούτεω παραστησαμένου καὶ Ὀμάρεω. ἔνθα δὴ καὶ Ὀμάρης σπουδὴν ποιούμενος τὴν χώραν, ὅση ὑπόλοιπος ἦν, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι, ἀνήρ τε ἔδοξε τῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις εὐδοκιμούντων κράτιστος

monendo et consulendo tantum profecit, ut Turcorum exercitus adveniret et regionem regis graviter populando corrumperet. sub idem tempus cum fama volaret regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipse se parare intermisit, ut regium exercitum, si in suam regionem populabundus ingrederetur, si quid posset armis, a populationibus prohiberet eumque propulsaret.

Nunc eo redire libet, unde in hunc sermonem digressus sum. postquam regem Illyriorum Machumetes Michaelis filius in dicionem accepit, cum eo circumiens etiam caeteras urbes regi Turcorum subiiciebat. et quidem circa haec versabatur Machumetes. Omarem autem Turachanis filium iubebat cum exercitu pergere contra caeteras Illyriorum urbes. caeterum ipse in regia condebat castra. rex Turcorum discruciabatur animi propter iuramentum Illyriorum regi praestitum ab Machumete. graviter Machumeti quoque indignabatur, ut qui parum opportune huic regi salutis spem interposita iurisiurandi religione obtulisset. regem quidem Illyrium vinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionem. nam Illyrios partim quidem ipse, partim vero Machumetis et Omaris Marte perdomuit. Omares summo studio annitebatur ut eam regionem, quae nondum subiecta erat, cogeret regis suscipere imperium. hic cum fortitudine facile superaret omnes, quotquot in ianuis fortitudinis praerogativa gauderent, prae-

καὶ μεγάλα ἀπεδείκνυτο ἔργα, καὶ πρότερον βασιλεῖ δόκιμος ἐν πολλοῖς ἄλλοις γενόμενος.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο καταστρεψαμένῳ βασιλεῖ τὰς Ἰλλυριῶν πόλεις. ἐντεῦθεν πρεσβείαν πέμπων ἐπὶ Ῥαγούζιον πόλιν ἐζήτει τὴν βασιλέως γυναῖκα. ἡ δὲ προεξῄει ἀπιοῦσα ἐκ τῆς πόλεως ἐς Ἰταλίαν· ὡς γὰρ ἐπυνθά- P.290 νετο τὴν ξύμπασαν χώραν γενέσθαι ὑπὸ βασιλεῖ, ὡς εἶχε, τάχιστα ἐκ τῆς πόλεως ἀπηλλάττετο, οἰχομένη ἐς τὴν Ἰταλίαν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ὡς οὐ κατέλαβον αὐτοῦ ταύτῃ τὴν βασιλέως γυναῖκα, ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι.

Ἐντεῦθεν βασιλεὺς συσκευασάμενος ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Σανδάλεω χώραν καὶ ἐδῄουν ἱπποδρόμους δ' ἐπαφείς, ἐπέδραμον τὴν χώραν αὐτοῦ σύμπασαν. μετὰ δὲ ἐπιὼν τὰς πόλεις ἐπολιόρκει. καὶ οἱ τοῦ Σανδάλεω ἐπέθεντο τῷ βασιλέως κοιτῶνι, ὁρμώμενοι ἐκ τῶν ὀρέων, καὶ ἔστιν ἃ διαρπάσαντες V.226 αὖθις ἐπὶ τῶν ὀρέων οἴχοντο ἀπαλλασσόμενοι. ἔστι δ' ἡ χώρα B οὐχ ἧττον ἔρημος ἢ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα. ἐπελάσας μὲν οὖν αὐτὸς ἐπολιόρκει πολίχνην τὴν Σανδάλεω ἐπὶ ἡμέρας τινάς. καὶ ὡς οὐ προεχώρει αὐτῷ ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπήλαυνε διὰ τῆς τοῦ Στάντεω καὶ Κραΐκου καὶ Παύλου, τῶν ταύτῃ αὐτοῦ ἡγεμόνων, χώρας. κήρυκα δ' ἔπεμπε κελεύων τήν τε

1. καὶ om P ἐπεδείκνυτο P 5. ἐξῄει? προεξῄη P

clara militaris virtutis edebat opera, caetera quoque satis spectatus regi.

Haec hactenus ab rege Illyricas urbes subiugante gesta sunt. quibus peractis legatos ire iubet Rhagusium urbem, quaesitum regis uxorem. haec regem antevertens excesserat urbem, et in Italiam abierat. nam cum fama captae regionis ad ipsam allata esset, omni mora posita relinquebat urbem et in Italiam properabat. legati cum eam haud reperissent in ista urbe, abierunt re infecta. rex omnibus in unum contractis copiis invasit Sandalis regionem, quam misere evastavit: nam equites per universam regionem grassantes eam graviter afflixere.

Inde nec oppidis abstinuit; quae accedens obsidere haud omisit. Sandalis milites, qui in montium iugis se tenebant, montibus digressi insidiabantur cubiculo sive tentorio regis. et cum quaedam inde diripuissent, illico retro in montes, unde venerant, se receperunt. regio haec non secus ac Illyriorum deserta et vasta est. rex castra movens ad Sandalis urbem, eam diebus aliquot obsidebat. cum vero urbis oppugnatio non succederet ex animi sententia, abiit, ducens exercitum per Stantis Craici et Pauli, qui principes erant, regiones. ad hos praecones dimisit, qui iuberent ut suam singuli regionem regi

αὐτῶν χώραν παραδιδόναι, καὶ αὐτοῖς γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως ἄλλην ἀντὶ ταύτης ἐν τῇ Εὐρώπῃ. οὗτοι μὲν οὖν οὕτω πεισθέντες παρέδοσάν τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ C τὴν χώραν, ἐννοοῦντες ἀδύνατα ἔσεσθαι αὐτοὺς ἐν μέσῳ τῆς βασιλέως χώρας ἀντέχειν ἐς τέλος. ἀναπείθονται οὖν ἐφ' ᾧ ἄλλην ἀντὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν σφίσι γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως. καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὰς θύρας τήν τε χώραν παρέδοσαν, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτοὺς ἐς φυλακὴν ποιησάμενος εἰσεκομίζετο ἐπ' οἴκου, καὶ τόν τε στρατὸν ἅμα διῆκε. τὸν μέντοι βασιλέα Ἰλλυριῶν ἀπελαύνων ἐκ τῆς χώρας, ἕωθεν, ὡς ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀνεπαύετο, μεταπεμψάμενος ἐκάλει ἐς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ. ὁ δὲ συνιεὶς ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ μεταD πέμπεται αὐτόν, τὰ ὅρκια ἐν χερσὶν ἔχων ἐξηγέρθη τε, καὶ ὡς ἀπήχθη ἐς ὄψιν τὴν βασιλέως, ἀπέταμόν τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐπιτάξαντος βασιλέως. λέγεται δὲ καὶ διδασκάλῳ αὐτοῦ τῷ Πέρσῃ τοῦτον παρασχεῖν ὥστε διαχρήσασθαι· οἱ δὲ μάγειρον αὐτοῦ αἰτησάμενον ἀνελεῖν. διενεχθέντα δὲ γνώμῃ πρὸς Μαχουμούτῃ τὸν Μιχαήλου, λέγεται ἀνελεῖν κελεῦσαι τὸν βασιλέα Ἰλλυριῶν. οὗτος μὲν δὴ οὕτω λέγεται τελευτῆσαι μετὰ τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ὑπὸ βασιλέως καταστροφήν.

Ὡς μὲν οὖν ἑάλω ἡ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα, καὶ ὅ τε βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἁλοὺς καὶ οἱ λοιποὶ ἡγεμόνες εἴχοντο ἐν

traderent: quod si facerent, fore ut singuli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. principes illi persuasi praeconum verbis se et regionem regi manciparunt. cogitabant enim impossibile fore ut in posterum regionem suam defendere et tutari possent, cum undique cingerentur regis regione, quasi in medio habitantes. verum profecti in ianuas regis, hac condicione adducti deditionem faciunt, ut alia regione pro sua ab rege donarentur. nec multo post hos compedibus compeditos abduxit domum, simul etiam exercitum dimisit. regem Illyricorum mane, cum in castris quiesceret et abitum moliretur, accersivit in conspectum suum qui cum intelligeret se parum favore regis vocari, tenens manu litteras quibus continebatur iusiurandum ab Machumete datum, prodibat in conspectum regis. ut in conspectum regis venit, rege imperante caput eius praecisum est. tradunt regem propinasse interficiendum Illyriorum regem Persae praeceptori suo. sunt qui referant coquum regium istum virum, nescio quod crimen in eum intendentem, confecisse. nam is, cum plurimum dissideret a sententia Machumetis filii Michaelis, regis iussu Illyriorum regem leto dedit.

In hunc modum memoriae proditum est occidisse Illyriorum regem, occupato regno eius ab rege Turcorum. Veneti et Pannones

φυλακῇ, πυθόμενοι ταῦτα οἵ τε Οὐενετοὶ καὶ οἱ Παίονες δει- P. 291
νὸν ἐποιοῦντο καὶ ἐς φόβον καθίσταντο μέγαν, αὐτίκα οἰόμε-
νοι ἐπὶ σφᾶς ἥξειν τὸ δεινόν. καὶ οἱ μὲν Οὐενετοὶ ἐχαλέπαι-
νον ἐπιφερομένων σφίσι τῶν βασιλέως ὑπάρχων καὶ χαλεπῶν
ὄντων τοῖς ὑπηκόοις, ἐνέμενον δ' ὅμως ταῖς σπονδαῖς, καρα-
δοκοῦντες ᾗ ἀποβήσεται σφίσι τὰ πράγματα. ὡς δὲ τό τε ἐν
Πελοποννήσῳ Ἄργος, ἱερέως τῶν ἐν τῇ πόλει παραδόντος
προδοσίᾳ, ἔλαβεν ὁ τοῦ βασιλέως ὕπαρχος, Ἀλβάνεω παῖς,
τοὔνομα Ἰησοῦς, καὶ ἐπέθετο περιφανῶς ἤδη πολεμεῖν, καὶ
Ναύπακτον μὲν ἐπέδραμεν Ὀμάρης ὁ Τουραχάνεω, τὴν δὲ ἐν B
Πελοποννήσῳ χώραν Οὐενετῶν, τὴν περὶ Μεθώνην, καταλα-
βόντες οἱ τοῦ βασιλέως οὐκ ἐνεδίδοσαν, ἐνταῦθα οὐκέτι ἀνα-
σχετὸν ἐποιοῦντο ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἐβουλεύοντο μὲν ἐπ'
ἀμφότερα γινόμενοι ταῖς γνώμαις. καταστάσης δὲ πολλαχῇ
ἐκκλησίας τῶν κλητῶν καλουμένων, Βίκτωρ τῶν Καπέλλων
οἰκίας, ἀνὴρ πλούτῳ τε καὶ ἀξιώματι προέχων καὶ ἄγειν δο-
κῶν τὴν πόλιν κράτιστος, προσπαρακαλέσας καὶ τοὺς προσή-
κοντας αὐτῷ καὶ συγγενεῖς ἐς τὴν ἑαυτοῦ ψῆφον, παριὼν ἐπὶ C
τὸ βῆμα ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Οὐενετοί, πολλαχῇ μὲν καὶ
ἄλλοτε δοκῶν τοὺς ἐνοικοῦντας τὸ ἄστυ τόδε μὴ διαπίπτειν V. 291
λογιζομένους τὰ δέοντα, βραχεῖ τινὶ λόγῳ ἐνόμιζον δεῖσθαι

cognito regionem Illyriorum in dicionem venisse regis regemque Illyrium captum ab Turco occubuisse, propterea reliquos regionis principes miserandam in vinculis agere vitam, haec neutiquam diutius ferenda esse censuerunt; ac formidine magna tentabantur, cum animis reputarent brevi fore ut idem exitium parum feliciter experirentur. Veneti graviter ferebant praefectós regios contra ipsos insurgere, et subditis eorum molestos et intolerandos esse. interim tamen foederum sanctitatem bona fide coluerunt, suspensi expectatione eventus rerum. Iosue Albanis filius, regis praefectus, Argos in Peloponneso per proditionem sacerdotis, qui ea in urbe morabatur, nactus est, et ex aperto iam bellum gerebat. Omares Turachanis filius incursionem in Naupactum fecit. nec ab regione in Peloponneso Venetorum circa Methonam, regii ius belli abstinuerunt. his accensi Veneti, haud amplius cunctandum et ferendum rati, ad consultandum quid agerent potissimum conveniebant, sententiis in utramque partem probe pensiculatis, cum iam saepius consultassent senatores qui Evocati dicuntur. Victor de familia Capellarum, vir divitiis et dignitate praecellens, quique urbem regere optimus censebatur, adductis in suam sententiam propinquis et cognatis, conscendens tribunal, talem orationem habuisse fertur. "viri Veneti, saepius alias cognovi certis experimentis, huius civitatis incolas nequaquam cedere animis, si

ἐς ὑμᾶς. πάντα δὲ τὰ πράγματα οἷα προτρέπεσθαι καὶ μὴ προθυμουμένους ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν πρωτεύειν ἀξιούντων παρ' ἡμῖν οὐκ ὀλίγοι παριόντες κελεύουσιν ὑμᾶς μὴ οὕτως ἐπαχθῶς περὶ μεγάλων βουλεύεσθαι πραγμάτων, ἀλλ' ἀνέχεσθαι μᾶλλον, πρεσβείαν πέμποντας ἐς τὸν D βάρβαρον περὶ τῶν σπονδῶν ὡς οὐ δίκαια πράττοι παραβαίνων τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδάς, καὶ νουθετεῖν αὐτὸν τὰ δέοντα, ἢν δέῃ πεισόμενον. ἐὰν δὲ ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, ἀναγκαῖον λόγον περὶ τοῦ παρόντος πολέμου ἐπιμνησάμενον ἱκανόν, οὕτως ἰέναι ἐπὶ τὴν ψῆφον. δεῖ δὲ ἕκαστα λογιζομένοις τὰ χαλεπὰ παρατιθέναι ἀλλήλοις αὐτά, καὶ τὰ μετριώτερα φαινομένων τούτων αἱρεῖσθαι ἐπιλεγομένους. πρῶτον δὲ ἀναγκαῖον προθέμενον ψῆφον, γνώμην ταύτην ὡς ἕκαστα ἀποβαίνειν. φασὶ γὰρ οὗτοι ὅτι εἰ πολεμήσομεν, αἱ κατὰ τὴν ἤπειρον πόλεις ἡμῶν, ἔστε τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὴν Πελο- P. 292 πόννησον καὶ τὴν ἄλλην ἤπειρον πόλεις οὐχ ἕξουσιν ὅπως διαρκέσωσιν ἐπὶ χρόνον τινά, ἀλλ' ἐπιλείψει τε αὐτὰς τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἀπολοῦνται, ἤν τι ἐπίῃ ἐς αὐτὰς χαλεπόν. καὶ τῆς τε ἐμπορίας τῆς αὐτοῦ χώρας στερουμένης ἡμᾶς φασὶ μεγάλα ἂν βλάπτεσθαι τοῦ λοιποῦ. ἀνέχεσθαι δεῖ οὖν διὰ ταῦτα, καὶ πρεσβείαν πέμπειν διισχυριζομένην ὡς εἰκὸς τὰ τοιαῦτα.

3. ὀλίγων P 16. τὴν] αἱ κατὰ τὴν?

quando instituant rerum necessariarum, quae ad rem publicam pertinent, consultationem. quapropter paucis vos compellandos existimavi, cum videam etiam invitis et arma detrectantibus belli necessitatem imponi. nam videmini mihi rem publicam planissime prodere, dum cunctamini arma in praesentiarum adversus barbarum capere, siquidem hi qui apud vos non pauci primas tenent, monent ne temere et odiose de rebus adeo arduis consultetis, verum censent legatos mittendos ad barbarum super foedere expostulantes, ut qui iniuste agat, foederum et iurisiurandi religionem abrumpens. monendum quoque esse ut pacem, quemadmodum convenerit, observet, si verbis potius quam armis a coeptis eum deterrere possimus. quodsi his nihil apud barbarum effectum fuerit, tum demum necessaria erit oratio quae ad bellum barbaro inferendum nos in suffragia mittat. oportet sane eos qui pericula reputant, ea inter se comparare, et quae minora apparuerint, eligere. eum qui suffragium fert, circa singula hanc sententiam tenere convenit. nam adversarii nostri aiunt, si bellum moverimus, urbes nostrae in continente, quae spectat Ionium et Peloponnesum, necnon reliquae continentis urbes, haud habebunt quibus se sustentent ad breve admodum tempus, verum necessaria eos destituent, et peribunt, si periculum aliquod ingruerit. praeterea si praedicta regio mercibus fuerit exhausta et despoliata, etiam deinceps

ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς πρεσβείας πρῶτον ἔρχομαι ἐρῶν ὡς ἀφικομένων τῶν πρέσβεων ἡμῶν, ἐλλογίμων ὄντων ἅμα καὶ ξυνετῶν, οὔτε ἐπιστροφὴν ἐποιήσατο τῶν πρέσβεων, ἐξαπατήσας τε τῷ λόγῳ τὰ ἐναντία φαίνεται πεποιηκώς. ὥστε οὐκ οἶδα B ὅ τι ἂν ἔχοιεν αὐτῷ λέγειν οἱ πρέσβεις ἐπικαιρότερον ὧν πρόσθεν ἀφικόμενοι ἐχρημάτιζον, εἰ μὴ ὅτι ἀδυνατοῦντες πόλεμον ἐπιφέρειν πρέσβεσι διαλύεσθαι βούλεσθαι ἡμᾶς τὰ ἐγκλήματα, ἐς τοσοῦτον αὐτῷ προσφέρεσθαι περὶ τῶν ἡμετέρων. ταῦτα δέ, οἶμαι, καλῶς εἶχεν αὐτῷ λέγεσθαι, ἢν μὴ τὸ Ἄργος παραλαβὼν πόλεμον ἡμῖν περιφανῶς ἀπαγγέλλει. ἐπειρᾶτο μὲν μέχρις οὗ ταῦτα ἂν φέροιμεν, καὶ εἰ μὲν ἀνεχόμεθα, ἤδη χωρεῖν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἀδεῶς, εἰ δὲ μή, ὑποχωρεῖν ἤδη ἐς ὅσον αὐτῷ ὑφ' ἡμῶν συγχωροῖτο, καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἀπόπειραν ποιησόμενος, οὐδὲν μέντοι ἧττον χωρή- C σων ἐπὶ τὸν πόλεμον. εἰ δὲ μή, λεγέτω μέν μοι, καὶ πρῶτον ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενος τήν τε Εὔβοιαν ἐπέστη ὀψόμενος οἴω, καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρίπου πόλιν. καὶ ἐξιὼν αὖθις ἀπὸ Πελοποννήσου, καὶ τὸ δεύτερον ἤδη ἐλαύνων σὺν τοῖς πειρασομένοις τοῦ πόρου, ἀφίκετο ἐς ὄψιν τῆς πόλεως, ὅπως ἂν τὴν προσβολὴν ποιήσαιτο, ἐπιὼν ἐπὶ τὴν πόλιν. καὶ ὁ μὲν ἵππῳ διαβὰς τὸν Εὔριπον συνίδοι ὅπως βάσιμά τε εἴη

5. ἐπικηρώτατον P   21. συνεῖδεν?

et in nos damna maxima redundabunt. quapropter bellum prolatandum est; et legatio mittenda, quae ista efficiet. de legatione primo verba faciam. nam cum legati nostri, viri prudentes et intelligentes, ad eum convenissent, eorum nullam rationem habuit: verum fraudulentis et dolosis sermonibus usus contraria, quam nos existimavimus, fecisse apparuit. non itaque satis apud me constat, quidnam principalissimum eorum super quibus ad eum venerant, coram eo expromere debeant, si denuo legationem susceperint, nisi illud, nos, cum non suppetant vires ad bellum, velle legationibus rem gerere et ad hunc modum iniurias propulsare et crimina dissolvere: adeo nos esse promptos et paratos pro ipsius arbitrio cum ipso agere. haec quidem honesta ratio est, dici posset, si non occupato Argo iam ex aperto nobis bellum intentaret. animos profecto nostros in hunc modum pertentat, quamdiu tandem ista perpeti velimus. si patimur, etiam ad reliqua confidenter et audacter procedet. sin restiterimus fortiter, recedet quo per nos ei licuerit; et in trivio, quod aiunt, constitutus bellum posthac omittet. si secus fecerimus, vereor seram aliquando poenitentiam venturam. ferunt barbarum, ubi primum in Peloponnesum pervenisset, etiam Euboeam accessisse, visurum Euripi urbem. egressus iterum Peloponneso profectus est, ut tentaret transitum, venitque in conspectum urbis eo animo, ut eam

αὐτῷ προσβάλλοντι καὶ εὐεπιχείρητα. ταῦτα μὲν οὖν μὴ πο-
D λέμου τεκμήριά ἐστι περιφανῆ, ἀφ' ὧν ἄν τις αὐτὸν ἐπὶ τὸν
V.228 πόλεμον παρασκευασάμενον ἀπὸ πολλοῦ διισχυρίσαιτο, δια-
μαχόμενον τοῖς οὕτως ἐπιεικῶς βουλευομένοις; ἀλλ' ἐπεὶ πό-
λεμος μὲν ἡμῖν κηρύττεται ἐκ πολλοῦ προϊὼν, τὰ μὲν ὑφ'
αὑτῷ ποιούμενος ἀφαιρεῖται ἡμᾶς, τὰ δὲ καὶ διαβάλλων τοὺς
ἐπιστάτας αὐτῷ τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύει, καὶ κατὰ βραχὺ
μεγάλα προσποιούμενος ἄφνω ἀπαρασκεύοις εἰ δύναιτο ἐπεισ-
πεσεῖν, παραλαβὼν ἅττ' ἂν αὐτῷ δύναμιν ἀξιόχρεω περι-
ποιήσαιτο. φημὶ οὖν, εἰ μὴ πόλεμον ἔσεσθαι ἡμῖν πρὸς τοῦ
P.293 βασιλέως ὑπισχνοῦνται, τοῦτον μὴ ἀναιρεῖσθαι φάσκοντες τὸν
πόλεμον, καὶ μηδὲ παραιρούμενον τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς ἅττ'
ἂν δοκοίη ῥᾴδια προσχωρῆσαι αὐτῷ, πόλεμον μὲν μὴ ποιεῖ-
σθαι, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν, μηδ' ὁτιοῦν αὐτῷ τῶν δεόντων προϊ-
σχομένους. εἰ δὲ πάντες τοῦτον ξυνομολογοῦσι δήπου ἡμῖν
ὡς πολεμημένων ἕκαστα πάντων πρόσθεν ἀποπειρώμενος οὐ
παύεται, πότερα τούτων αἱρετώτερα ἡμῖν, ἡσυχίαν μὲν ὑμᾶς
ἄγοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν, καὶ ὡς πολεμήσαντας αὐτῷ,
ἢ πόλεμον ἐμφανῆ αὐτίκα καθισταμένους ἐνδείκνυσθαι αὐτῷ
B τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ὅσα ἐχώρει; ἐν γὰρ τῷ πολέμῳ καὶ

17. πρότερα P 18. ὡς πολεμήσοντας? 19. ἢ] ἢ ἐς? 20. ἐγχωρεῖ?

hostiliter aggrederetur. et quidem ipse equo transvectus Euripum, speculabatur qua commode cum copiis transire et urbem oppugnare posset. haec profecto manifesta belli sunt signa, ex quibus satis quis probare potest eum iamdudum decrevisse satis praeparatum adversus adeo decenter deliberantes pugnare. eo in bello, quod nuntiatur iamdudum adversus nos sumpsisse, strenue perget, quaedam sibi subigens nobisque auferens: quaedam, praefectos culpans, subiiciet, et commodissima quaeque sectabitur. mox isti nemo se opposuerit, magna potentia succinctus subito, si poterit, imparatos opprimet. nam magnas sibi conflare poterit copias, cum non cesset plurimos suo dominio usque adiungere. dicam igitur nobis non fore bellum cum rege? quidam, quod scio, vana spe semetipsos et alios lactant, dicentes eum nunquam in nos aversurum belli tempestatem, neque nos nostro deturbaturum principatu, quamvis id ex facili posset. quapropter a bello nobis temperemus, pacemque et tranquillitatem apprehendamus, nihil interim rei necessariae oscitanter omittentes. verumenimvero si ex praedictis iam plane apud omnes in confesso est eum iamdudum nobis bellum indixisse, utrum nobis conducibilius et eligibilius fore iudicatis, quietemne amplecti et regionem nostram nobis pati eripi, an ex aperto bellum inferentes ostendere barbaro quanta etiam nostra sit potentia quantaeque vires? nam in manife-

